



Xm. 12. D.





PETRI POTERII

ANDEGAVENSIS,

CONSILIARII, ET MEDI-
CI REGIS CHRISTIA-
NISSIMI,

INSIGNIU

CVRATIONVM, ET SIN-
gularium Observationum

CENTVRIA SECVNDA.



COLONIAE,

Excudebat MATTHAEVS SMITZ

ANNO M. DC. XXIII.

PETRI POTERI

ANDREAS VENTIS

CONSILIUM ET MEDICINAM

IN REGIA UNIVERSITATE

WITTE

IN 216 N 10 202

CVRATONIA M. T. 211-

Universitätsbibliothek

CVRATONIA M. T. 211-



CONCORDIA

Universitätsbibliothek

ANNO M. DC. XXIII



MAGNIFICO, CLARISSIMO,
DOCTISSIMOQVE VIRO, D.

HENRICO

PALANT, MEDICINAE

D. MARCODVRANAE CIVITA-

TIS CONSULI, COMPATRI

meo & Patrono singu-

lari, S. D.



Irum sane mihi vi-
detur, qui fiat, quod
quum bona Fortuna, in
fra corporis sanitatem
sint posita (quis non
ager id expertus?)
homines tamen in ea
& tuenda & recuperanda tam negli-
gentes sint ac vecordes, vt multi in rem
tam preciosam vel obolum expendere gra-
uentur; alij circumforaneorum, aut etiã
cuiusvis è triuio consilijs ac remedijs vt
quam peritum aliquem Medicũ accersere
malint. Magna profecto humani ingenij,
vt sic loquar, sinisteritas Sed sinamas hos
solemne furere. Mihi quidem non Medici
tantum (quos honorare ipsa sacra iubet
pagina) sed omnes ij qui laudabilem hanc

(:) 2

☞

OMI
 EPIST. DEDICAT.

& Reipublicæ necessariam scientiã qui-
 bus possunt modis iuuant & promouent,
 benè operã suam collocare videntur. Quo-
 circa vt pro mearum virium tenuitate
 non nihil opis laudatissimæ huic articon-
 ferrem, curandum mihi esse duxi, eum-
 que in finem diuersis temporibus diuersos
 Tractatulos, sed eximios & selectos,
 typographiæ beneficio Medicinæ amanti-
 bus communicavi: Inter quos non postre-
 mus fuit IOANNIS POTERII IN-
 SIGNIUM CURATIONVM &
 OBSERVATIONVM CENTVRIA
 PRIMA. Quam quũ Medicinæ candida-
 tis & alijs Naturæ Secretorum curiosis
 non ingrata fuisse animaduertentem, &
 iam SECVNDAM eiusdem Auctoris
 nactus essem: omnino faciundum mihi pu-
 tavi, vt & hæc in publicum exiret, &
 communem rem, quã pote, iuuaret.

Hanc vero sub tuo nomine, & veteris a-
 micitiæ renouanda, & obseruatiæ meæ te-
 stãdæ causã prodire volui, rogãs vt conã-
 tũ hunc meum bonã in partem accipias.
 Vale. Colonia 7. Septemb. Anno 1623.

Tæ Magnific.

Addictiss.

Matthæus Smitz.



PETRI POTERII
ANDEGAVENSIS,
CONSILIARII, ET MEDICI
Regis Christianissimi,

INSIGNIUM CURATIONUM,
& singularium obleruationum

CENTVRIA SECVNDA.
CURATIO I.

*De deplorato, admirabili, & non prius
audito morbi genere, deque marcore
insigni, herpete maligno, vlceribus
chyronianis, &c.*



EC TE nauclerus qui-
uis etiam nauigandi
artishaud satis peritus
in tranquillo ponto,
ventis filētibus maria

A

tra-

2 PETRI POTERII

tranare, & ad tutissimum portum
naues feliciter deducere nouit. At
æstuante oceano, ventis vndique
perflantibus, aere turbinibus &
procellarum furijs exagitato, idem
nisi peritissimus, & numeris omnib.
absolutus nunquam tutus ab eo e-
mergit: imò nauis malè hincinde
distracta ad scopulos allidit, vel i-
ratis vndis demergitur. Sic in le-
ui & per se sanabili morbo medi-
cus qui uis ægros ad optatum & pla-
cidum sanitatis portum reducere
potuit; & contra in grauissimis
morbis, vbi fusque deq; omnia fe-
runtur, & in quibus symptomatum
& signorum agmen magno impetu
in nos ruit, non nisi cordatus & na-
uigationis eiusmodi expertus, mor-
tales ab hac tempestate reducet in-
columes. Ecquid in hoc casu simili-
tudinem proponere velim? velim,
inquam, peritissimo nauclero me
æqui-

ANDEVAGENSIS.

3

æquiparare? minime gentium, non enim eiusmodi gloriolæ sum valde cupidus.

Neque hanc popularem auram affectare mihi est animus, nec item hoc præstare aggredior, ut in æmulos maledicentiæ spicula reorqueam. Sed, ut veritas magis atque magis elucescat. ἔλευθερὸν γὰρ ἀνδρὸς τ' ἀληθῆ λέγειν. & similitudo posteris proficiat, & tandem, ut tam præclari facinoris incōmoda fælix que memoria in ævum permaneat.

Itaque superiori anno 1619. mēse Nouembri Roma Bononiam venit Perillustris D. Henricus de Sancto Petro: Romæ duos annos sub cura doctissimorum virorum, dictus Dominus varia medicamenta expertus est, bis ligni Guaiaci, & falsæ decoctum, cum stuffa, atque eo in loco ubi sudores quotidie excitantur cum exacto regimine vi-

A 2

ctus

ctus attenuante, & exsiccante, pur-
 gationibus solitis cum suis syrups,
 & iulepis præparantibus & sangui-
 nis missionibus item postpositis,
 nec his contentus ad octo menses de-
 coctum cuiusdam aniculæ ebibit.
 Parabatur dictum decoctum cum
 Antimonio crudo, salsa, fantalis, &c.
 Eodem decocto utebatur intrinse-
 cus & extrinsecus, hoc est in potu &
 in fotu: verum vt morbi historia cla-
 rius innotescat, intelligendum est
 prædictum Dominum à septem an-
 nis in teterrima, dolorifica & hor-
 renda vlcera incurrisse; mirum dictu
 quomodo iuuenis annorum 27. in
 flore ætatis dum sanitatis vires ma-
 xime vigent, quando natura est ma-
 gis vegeta, cum flos pulchritudinis
 ob ea in ætate magis attenuatum &
 defecatum sanguinem, conspicitur;
 tam fædo, turpi, & fœtido affectu
 corripereetur. præcesserat eiulce-
 modi

ANDEGAVENSIS 5

modi affectum febris continua per
 14 dies vehemens, quæ non leuem
 mortis timorem medicis intulerat.
 Tunc Parmæ erat è patria exul, an-
 te dictum tempus circiter 8. vel 10.
 menses fœda scabies eum vehemen-
 ter inuaserat, propter quod purga-
 tiones reduplicatas ex cassia, diaca-
 tholicone, tryphera & alijs, tum
 syrups de rosis, violis, bizantinis,
 de Epithimo, polypodio, tum succis
 & decoctis refrigerantibus, ex ci-
 chorio, endiu. lact & alijs, phlebo-
 tomijs minime omisis, ligni Gua-
 iaci decoctum præscribunt, in quo
 scabies magis efferata redditur,
 contumacior & magis peruicax.
 Stupet medicus, & exactis 40. die-
 bus de refrigerando hepate cum
 succis cichoriaceis, sero lactis,
 & similibus cogitat, exequutio-
 ni mandat præcepta medici cuncta;
 sed incassum, & morbus in dies ve-

A 3

hemcn-

6 PETRI POTERI.

hementior redditur; acr incusatur,
victus regimen suspectum cenfetur,
mille & alijs cogitationibus exagi-
tatur mens medici; in nostris tandē
manibus paucis & gratissimis breui
fanatur, & cura exacta, ipsoque be-
ne valente, Parmam adiit, mensibus
duobus vix elapsis: ibi grauissima
febre cum maximo vitæ discrimine
acerbissimè conflictatus ad 15. dies
conualuit. recuperatæ valetudini
mente ferè exacto succedunt vlcera
maligna in tibijs, & coxis, quæ mox
totū corpus occuparunt, citra fe-
brem aut aliud prauum symptoma.
Medici inibi multa ad calidam ie-
coris intemperiem reiicientes, con-
traria ipsi præscribunt, quæ reme-
dia, vt communia & omnibus nota
lubens prætereo: suas quoque po-
tiones purgantes, phlebotomias, lo-
tiones, balnea, vnguenta, frictiones
& similia. Sefquianno toto in eo
tem-

tempore frustra elapso Bononiam ad proprios lares redijt, atque tunc quatuor medicorum consilio si non feliciter, saltem creduliter, eius sanitas concreditur, interdum varias ineunt consultationes, tribus, & 4. alijs medicis his superadditis. malo tamen eiusmodi medicorum scientiam aspernante, noui iterum medici in consilium aduocantur, & vt his consuetudo inoleuit, verba pro optimis remedijs in controuersiam adducuntur, quæstiones fiunt de lana caprina, & morbus in dies efferatior redditur. Decoctum chinæ, salsæ & multorum aliorum cum diætâ exsiccante & attenuante præscribitur non minus seuerè, quam grauitate, & ingenti strepitu; singula ad vnguem seruat, præmittuntur solitæ purgationes, eadem & post dictam reiterantur. His nihilum proficientibus, noua initur

3 PETRI POTERI.

Consultatio, num ad thermas Villē-
ses mittendus sit: affirmatiuā sequi-
tur, balnea adit, & thermales aquas
infeliciter bibit. En pro salute pro-
missa, marcor insignis, vigiliæ per-
tinaces, dolores in vlceribus longè
acerbiores, inappetentia, & tandem
cum nouis malis noua emergunt vl-
cera: quid? demum mortuis inuidet,
& cui se deuoueat planè ignorat.
mussitant medici, lugēt amici, incu-
santur sagæ, & malefici, morbum
supernaturalē clamitant, solius Om-
nipotentis manum repositere dicūt.
ferunt tandem se omnes medicinæ
thesauros in vsum protulisse, nihil
quod ad artem pertineat reliquisse,
omnes pharmacopolarum schedas
excussisse, nulla non antiquorum
dogmata protulisse; at æger infelix,
vt dolor paululum mitior reddatūr
ab his saltem reposit, at ipsi iterum
suam hac in re produnt ignorantiam, di-

ANDEGAVENSIS.

am, dicunt se omnem mouisse lapidem, vnguenta suorum nuper mortuorum præceptorum haud intacta reliquisse, nullam anodinatorum & narcoticorum classem omisisse, qua denique morbi sæuitia & peruicacia, & æger & medici deuicti, atque laboristædio planè fracti, necnon ægri miseræ compatibles, nulla salutis spe sibi illucescente, ad alterum, inquiunt, medicum tibi, ò patiens, liceat deuenire, nos ipsi libenter palmam dabimus, si quid solatij tibi afferre valeat. infelicissimæ affinis conditionis fratres miserti, silent, & quem accersere velit ipsi liberum relinquunt. Tunc ab amico sibi familiari necessitudine deuincto adducor, atque ad eum circa tertiam horam noctis perductus, patientem doloris immanitate victum, remedium vehementia, & pluralitate

A S

con-

confectum, vigilijs insuper mole-
stissimis ob doloris vehementiam
emaciatum, & plus mortuis, quam
vuis similem reperio. tanti affe-
ctus vim & pertinaciam non tam
extimeo, quam medicamentorum
male peractorum virulentiam: re-
tamen in animo probe expensa, &
tam horrendi & crudelis mali na-
tura cognita, egregium patientem
hilari fronte curandum suscipio,
ipsique intra horam dolorem quo
tantopere cruciaretur, sedaturum
polliceor, atque ipsum tota nocte
dormiturum. Expleo omnia, pol-
licitationibus sto, intra horam quie-
uit, & dolor penitus recessit. mane
ad eum reuertor, dormientem in-
uenio, stupent omnes de recuperata
sanitate. Interea licet tantum præ-
stiterim, antiquus tamen ille impo-
stor cacodemon sese opponere non
negligit, & ad novas imposturas
ad-

aduersarios impellit; dicentes me
narcoticis venenatis dolorem se-
dasse, ipsumque breui rediturum,
ac curam mineralibus infeliciter, &
empiricè suscipere. nouum in me
conciunt odium, & insidiæ vndi-
que parantur. nihil est tam bonum
quod non in contrarium vertat
culpa.

Sudat frigidus intuens quod odit.

Effundit mala lingua virus atrum.

His interim liuore contabescen-
tibus, patiens noster intra 15. dies
ad omnia quæque obeunda munia
aptus redditur. reaffulit in eode-
perdita salus circa bacchanalia, hinc
mœrore deposito & dolorum que-
relis obliuioni datis, gaudio incre-
dibili ab omnib. exceptus ad nobi-
lium conuentus, ad conuiuia, tripu-
dia & alia tempestati accommoda-
ta lætitiæ genera se contulit: quo
fit vt non perfectè confanescat: ve-

rùm etfi aliquot exigua vlcuscula remanent in tibijs, nihili facit, sunt sine dolore, feliciter & hilariter viuit: sic biennium peragit vitam, tribus vlceribus perexigujs, & indolentibus in tibijs relictis. Tunc Romam, primo Lauretum petijt, & inter Romam & Lauretum penes Illustriss. Cardinalem Valentem in loco, qui vulgo Trieui dicitur, per aliquot menses commoratur, vbi varia ad hæc tria vlcuscula frustra comprobat remedia, & præcipuè mercuriale vnguentum, cuius causa funesto & graui sanguinis fluxu corripitur. ab eo sanus Romamadijt, vbi medicos accersit, vt de totali eiusmodi vlcerum curatione curam habeant: at contrarium experitur, infausta sunt omnia, quamuis singula ad Policleti normam seruaret. Hic biennio mille cruces & tormenta medica
sus-

fulcipit, circūforaneos consulit, deliras anus aduocat, barbitonfores se se offerunt, & horum omnium proposita remedia, vtcumque approbat, & cuncta irrita, & in casum: imo malum duplo deterius factum in eum quem supra diximus infelicissimum statum recurrit. Quare Bononiam ad aerem natiuum redire cogitat. lectica delatus post longos itineris labores domum repetijt, ac demum sub cura mea sanitatem intra paucos dies optimam, & firmissimam recuperat. Methodus qua his in affectibus propulsandis vsus sum ab Hipp. & Galeno non est dissentanea, quam quidam medicastri toto genere à vera medendi methodo alieni, contrarium clamitent, rationalis est, & firmissimis artis dogmatibus innititur. Sua, contraria, irrationalis, & vana, & mendax. à fructibus eorum cognoscetis eos.

A 7

Itaque

Itaque his in affectibus talis est
 nostra methodus. dolori tanquam
 magis vrgenti balsamo mumiaë mi-
 neralis prospeximus. Scio hoc me-
 dicamenti genus, pseudomedicis
 non esse notum; ideo ab his tan-
 quam ab iniquis iudicibus damnari
 haud possum. si fecus; quid me her-
 cle iniustius? rem ignotam dijudica-
 re velle. Secundo, vt macor, ven-
 triculi imbecillitas, inappetentia
 & cruditates ventris summoueren-
 tur, Specificum stomachicum ad a-
 liquot dies dedimus. Tertio deco-
 ctum seu iusculum melanagogum,
 apertiuum & refrigerans ad .i. dies
 accepit: quibus melius in dies se
 habuit, & tandem lecto perrectus
 ad solita munia, vt supra diximus,
 redijt. Hæc fuit prima cura ante-
 quã Romam proficisceretur, secun-
 da vero & vltima, Roma reuersus
 Bononiam sic habetur. Primis die-
 bus

bus vt ulcerum dolor demulcere-
 tur, dicta vlcera prænominato bal-
 famo repleuimus, in nonnullis vbi
 caro luxurians & dura nimis creue-
 rat, æs vltum præparatum admoui-
 mus. Intus accepit per 15. dies tin-
 cturam metallicam, primum ens
 metall. dictam a Th. P. cum extra-
 cto bezoardico, cuius operatio fuit
 insensibilis, atque per inuisibilem
 transpirationem corporis noxia fo-
 ras propellens. Hic notent sedulo,
 quam a rei veritate absint illi, qui
 putant nullam fieri posse curatio-
 nem citra alui subductionem, citra
 phlebotomiam, & citra aliquã ma-
 nifestam operationem. Hos sane
 stercorarios, non medicos nuncu-
 pandos esse arbitror. quod si cum
 his mihi liceret per otium de sua
 communi methodo medendi disce-
 ptare, vellem hos Empiricis lon-
 ge peiores commonstrare, a cir-
 cumfo-

forancis, agyrtis, mimis & hystri-
nibus nihil differre. Egregia eius-
cemodi medicamenta non ubique
prostant, in Arthid. habentur, at-
que in nostra Pharmacopœa Spa-
girica.

CURATIO II.

*De rara, contumacissima, & ab omnibus
medicis immedicabili habita defla-
xionis specie, & alijs gra-
uiss. morbis.*

SI qua re medici probitas, & so-
lertia elucescit, non quidem in
inani verborum strepitu, aut af-
fectata quadam dicendi cupidine,
minus in comptu & decentia cor-
poris, verum quidem in recta medi-
camentorum applicatione, qua æ-
grorum querelæ cito sedantur. Sæ-
pè diuina ars malè apud plerosque
traducitur; quasi falsa præstigiatrix
ad

ad crumenas emungendas parata,
 quod mendax, labilis & inconstans,
 quod veris careat fundamentis,
 quod in ea omnia casu, & fortu-
 na contingant. cuius rei testis mihi
 hodie in mentem venit Perillustr.
 D. D. Ioannes Torfaninus, qui tri-
 ennium grauisima defluxione fal-
 sa, & acri correptus, omnes medi-
 corum artes eluserat, hinc inde
 quot reperirentur medici melioris
 famæ in sui curam asciuerat. Vnus-
 quisque sanitatem ipsi pollicetur,
 illorum præscripta ad vnguem ser-
 uat, nec propterea quicquam auxiliij
 ab his reportat: imò malum in dies
 inualefcit. nouos, atque nouos pri-
 oribus addit, crebræ fiunt consul-
 tationes, expenduntur singula tan-
 to affectui necessaria, foris etiam
 ab exteris medicis consilium re-
 poscunt. nihil prorsus intactum re-
 linquunt, omnem mouisse lapidem
 putant

putant. Bone Deus! quot potiones laxatiuæ! quot fyrupi & iulepi! quot pilulæ! quot phlebotomiæ quot cucurbitulæ! quot enemata, balnea, lotiones, vnctiones, frictiones, cauteria in nucha, & brachijs, vesicatoria, & si quæ alia tormenta excogitare potuit medicorum turba! Decoctis salis, chinæ, ligni Indici, visci quercini, lentilci, & c. quibus assiduò fere vtebatur, supersedeo; nam longius foret, quàm instituti ratio fert singula describere. Satis, si dixerò, Per illust. Patientem esse ditissimum & nimis inclitum, medicis obsequentem, & 26 annos natum, atque sub eorum curâ per tres annos stetisse.

Cum omni spe salutis esset destitutus; & omnem artis medicæ opem vanam & irritam existimaret, pro vltimo refugio multorum precibus ad me confugit, licet eius
volun-

voluntas aliò ferretur. Etenim conuitia quibus palam me insequuntur æmuli, plurimum auctoritatis, & ponderis apud illum obtinebant. arbitrabatur me cum cæteris loquacem, infidum, & falsum assentatorem, & quia in deplorato casu melius aliquando anceps, quam nullum experiri remedium, eò magis, quod medicus eius domesticus, quem tunc tanquã alterum Apollinem venerabatur, ipsi indixerat se nihil artis intactum reliquisse, nunc nullum esse locum remedij, obstare hyemem, assiduis imbribus, & niuis, & glaciei rigoribus Iqualidam. sic cunctandum, quoad ipsa pertransierit, quo tempore stillicidium, duciam vocant, adhuc inexpertum in eum probatum iri, quod remedij genus palam fatetur solum superesse opportunum, & in quo vnice sanitatis,

tatis, spem repositam animadu-
 teret. At quid? dum adhuc procul
 abesset ver, sole tunc solstitium
 brumale percurrente, morbum vl-
 tro sæuire, ac faucium vlcus, palatū
 & nares ipsas vastare, & depalci,
 necesse erat, & ante dictum tempus,
 egregium patientem fatis cedere.
 Nec vana cogitatio, nam eo res ad-
 ducta erat, vt deglutire vix posset,
 & tantummodo potulentis nutrire-
 tur, & id magno cum labore, naribus
 ad hoc valide obstructis.

Itaque ad me tanquam ad extre-
 mum asylum adductus, morbi hi-
 storia nobis enarrata, visisque mor-
 bis & symptomatibus, & ipsius æ-
 grinatura probè explorata, ipsi pol-
 liceor fluxionem illam fallam, & a-
 crem intra quatuor dies sistere, fau-
 cium dolorem temperare, vlce-
 ris malam qualitatem retundere &
 cætera symptomata sensim compe-
 scere

ANDEGAVENSIS. 21

scere. acie ergo instructa aduersus
 tam immane monstrum vix quarta
 dies illucescit, & ecce truculentum
 hostem è Palladis arce eiectum: stu-
 pet & miratur Patiens se tam breui,
 & tam paucis, facillimis & vix per-
 ceptibilibus remediis sanitatem re-
 cuperare; & magis quod antea tam
 multis, tam laboriosis, tamq; mag-
 nis sumptibus partis remedijs ne mi-
 nimum leuaminis reportauerat. nō
 amplius artem, sed artifices falsita-
 tis, & ignorantiaē magistrōs incusat:
 & quam hucusque in pectore re-
 clusam de medicis, & eorum arte o-
 pinionem coniecerat, deponit, de-
 tegit, & abiicit. Et quia primo die
 antequā curam suscipere me enixè
 rogarat, ut secum blandè agerem, se
 debilē, morbi sæuitia, & diuturnita-
 te confectum, remediorum qualita-
 te, & multitudine excarnificatū, in-
 super se ab alijs medicis intellexisse,
 me

me solum mineralibus, & his venenatis vti, quę etsi prius aliquod leuamen agris afferre videantur, mortem postmodum ipsis breui conciliarent. Vt huiusmodi mendacia turpiter & malitiosè aduersus nos conficta à nobis eluerem, Iusculo carnis in propria domo parato me eius sanitatem in pristinum restituere assero, & omnia quęcumque in eius vsum aduocarem coquo suo domestico parada committo.

Cuncta ad vnguem seruo, paratur iusculum caponis à coquo, idque forbet ad 15. dies, in quo tutam & firmissimam sanitatem manifestè recuperat. fit & domi extractum liquidum in formam syrapi bibendum, quo vtitur ad 10. dies. In hac curatione duos scopos nobis proposuimus, primùm viscera naturalia, & praua morbi qualitate labefactata,

ctata, & medicamentorum multi-
 tudine & contrarietate malè exhi-
 bitorum, fracta & deiecta refarcire,
 & in integrum restituere. Iecur &
 lien mirificè induruerant, ventri-
 culus assidua fluxione vexatus, per-
 peram cibos coquebat, inferiores
 partes naturales itidem ab officio
 aberrare necesse erat. Secundus
 scopus fuit caput exsiccare, robora-
 re, & ad pristinam temperiem re-
 ducere. hos scopos vnico illo iusculo
 expleui, quos firmauit subsequens
 extracti vsus. Factum fuit iusculum
 ex radicibus aperientibus, cortice
 tamarisci, chinæ pauco, cetrach, sco-
 lopen. pilosella, betonica, &c. per
 aliquot dies adiecta fuerunt iena,
 epithim. & cuscuta. Extractum fuit
 ferè ex iisdem paratum cum vino
 albo, pauco sacchari sub finem adie-
 cto. Hæc inuidi & proterui æmuli
 rimehtur & contemplètur, num, vt
 per-

perperam plebeijs obtrudunt, ist-
hæc venenata sint, aut quoquo pacto
sanitati infensa, at præteritæ veni-
am dabit ignorantia culpæ.

CVRATIO III.

*De lenta febre, insigni angore ventricu-
li, praua tentigine, continuis vigilijs, siti
inexhausta, inappetentia, &c. à 2. an-
nis complurimis medicis pro incu-
rabilibus habitis.*

OMnem fidem excedit affe-
ctuum omnium vis, & impe-
tus, quibus biennio toto con-
fictatus fuit Illustris Vir Dominus
Hercules Amorinus, etiam in ipso
floreætatis, dum vix trigesimū an-
num attingeret. In primis insigni
ventriculi angore, quem contraxit
à multiplicitate remediorum per-
peram

peram ipsi exhibitorum, etenim ipse biennio superiori, prava quadã tenguinine vexatus, medicos non paucos consuluit, qui de more curationem per valida cathartica aggredientes, malum duplo deterius reddiderunt, ventriculo dictum angorem concitantes, cum alijs morbis, & symptomatibus. Cum autem nihil leuaminis ab his reportaret: imò natura iam remedijs assueta, & reiteratis purgationibus, phlebotomijs, & alijs impune factis fractus, quatuor alios medicos accersuit, qui consilio inuito vnanimiter ad guaiaci decoctũ tanquam ad sacram anchoram eum relegarunt, sicque consuetis præparationibus, purgationibus, & phlebotomijs præmissis dictum decoctum ad quadraginta dies illi propinatur. At ecce quàm infeliciter & quam parùm appositè! recrudescunt omnia, nouus fit malorum prouentus, & nouos cogitur experiri mor-

B

bos,

bos. Superuenit febris lenta & continua, cum vespertinis exacerbationibus, sitis item horrenda & inextinguibilis, qua diu noctuque vinum prope lectum detinere cogebatur, vigilię contumaciores fiunt, inappetentia augetur, & tentigo praua, & maligna exoritur. Vnde per contraria procedendo, frigida & humida porrigere student, ventriculum magis lædunt, & eum ad extremum ferè præcipitant, quo in statu ad quem confugiat penitus ignorat. multis tamen de nostra medendi methodo auditis, in nostras manus se curandum tradidit, primarijs ergo affectibus initio neglectis statim in ipso curationis limine ab his, quæ magis vrgerent exordimur. ventriculo quippe cum primum prospicientes specificum nostrum stomachicum bis in die dedimus, quo confestim meliùs se habuit, tum ex ventriculidolore, tum ex alijs sympto-

mati-

ANDEGAVENSIS. 27

matibus. accipiebat dictum stoma-
chicum cum conserua rofarum. his
sæpè admiscebatur portiuncula auri
diaphoretici. qua via omnes sangui-
nis fordes repurgauimus. In cibis
capiebat puluerem viperarum, &
maximè in ferculis vnc. j. pro qua-
libet dosi. sub fine, viribus repara-
tis, vigilijs, siti & alijs in totum sub-
latis, iusculum purgans ad octo dies
ipsi concessimus, cuius hæc erat de-
scriptio.

*Rec. rad. lupat. acuti, graminis an.
vnc. i. s.*

*fol. cichori, taraxaci, } an. m. i.
fumaria, lupuli. }*
*Epithim. senæ an. vnc. i. liquirit.
ras. & cont. vnc. i. s. anise
drac. i. In. s. q. iusculi carnis
parabatur decoctum.*

 CVRATIO IV.

*De hydrope ascite cum acuta febre, siti,
vigilijs, & marcore insigni.*

DOminus D. Anchises Illu-
striss. & Reuerendiss. Car-
dinalis Sauelli . . . annos 30.
natus, à multis annis scirrhum in v-
troque viscere liene & iecore con-
traxerat, à quibus immedicabilis hy-
drops. frequenter & sanguinem ex-
puebat, cum tussi, ex quo pulmones
insigniter laborare certum erat. Fe-
bre continua correptus in manus
meas curandum se tradidit. tot mor-
bis contrarias indicationes habenti-
bus per communem medendi me-
thodum occurrere non erat facile.
Si enim ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάμμα-
τα, contraria contrariorum sunt re-
media: febris adest continua, repo-
scit frigida, hydrops vero contraria,

cor in illo, iecur vero & lien in hoc afficitur. turgens materia in utroque morbo medicamentum purgans respicit, at πέποινα φαρμακεύειν καὶ κινεῖειν, μὴ ὤμα. in hydrope & in tam refrigerato iecore cruda sunt omnia. præterea in illo cholagoga in hoc hydragoga. ventriculum debilem & tam diu mali vicinia fractum & oppressum, medicamentorum purgantium vim & impetum sustinere haud posse evidentissimum erat. Syruporum, apozematum & decoctionum aperientium, refrigerantium, & similium quis usus? his augetur materia, & vis, & facultas viscerum frangitur, & ab officio distrahitur. tanti affectus curam in vino metallorum croco agnoscen-tes, eo ad curationis finem solo usus est: primis diebus bis, & polychrestas nostras scrup. ij. dedimus. hæc roborando, & aperiendo aquas insensibiliter foras protrudunt,

CVRATIO V.

De febre acuta, icteritia flaua, & catarrhali fluxione molestissima.

Illustriss. D. D. Fabricius della Bourdesiere Summi Pont. cubicularius, & Illustriss. & Reuerendiss. Card. Sauelli Intimus . . . tunc Bononiæ Legati, continua febre de genere biliolarum ad septem dies correptus fuit, cum insigni fluxione capitis, dolore, vigilijs, siti, & inappetentia. primis diebus leniter purgatus fuit cum pulpa cassiæ recenter extractæ ad drac. x. sequentibus diebus detractus fuit sanguis, & interim bis in die refrigerantes iulepos accepit, ex aquis cichorij, endiuia, & syrupo de succo limonum. Septimo die febris euauit, & 4. vel 5. diebus elapsis subsequuta est icteritia flaua,

ANDEGAVENSIS.

31

flava, intentissima adeò, vt vndique foras erumperet flauus humor, vomitus & aderat frequentissimus, cum magna copia pituitæ & bilis, fitis ingens, & inappetentia intolerabilis. ventriculo suppetias primum ferre arbitratus, specificum nostrum stomachicum ad aliquot dies dedimus, quo melius valente, electuarium sequens subscripsimus.

Rec. cons. rosarum vnc. iij. croci martis drac. v. ol. vitrioli g. xxx. miscebantur & dosis erat drac. ij. mane 4. horis ante cibum. Interdum etiam sumebat de puluere stomachico statim post cibum ad 6. vel 7. grana, singula vice, & his gratissimis, & facillimis pristinam recuperavit sanitatem.

B 4

CV-

CVRATIO VI.

*De hectica febre, & marcore insigni ab
alijs medicis derelicto & incurabi-
li habito.*

ADmod. Reuerend. P. D. An-
gelus de Cambijs Monachus
in Coenobio D. Michaelis in
Rosco annorum 37. à duobus mensi-
bus in incredibilem marasum in-
ciderat ob hecticam febrem duplici
tertianæ succedentem, qua laboran-
ti, medicus senex multa impunè at-
tulerat remedia, victum quoque te-
nuem admodum citra omnem rati-
onem præscribens. ad extremum
adductus me accersiri curauit. eò
inualuerat morbus, vt præ faucium
& œsophagi siccitate, nihil quicquam
deglutire posset, ventriculo etiam
mirum in modum cibos auersante.
his

his in angustijs constitutus per aliquot dies specificum nostrum stomachicum vtrumq; accepit, cui paucis post diebus lac caprinum subiunximus, quibus duobus marcor, febris & quæuis inde suborta symptomata penitus evanuerunt. hic mihi annotare subiit medicorum aliquot imperitiam, qui in longis febribus tenuiori victu vtuntur, contra Hippocratis leges, naturæ virium immemores, quæ morborum vi & perniciæi plerumque succumbit, ob impotentiam & cibi penuriam, si ex eodem authore inconsueta assuetis longè grauiora sint, cur in suis ptisanis, alijsq; inconsuetis cibis porrigendis tandiu insistent? hos in Galenum (quem suum falso clamitant) non minus turpiter peccare alibi commonstrauimus: hæc à nobis obiter dicta sint, ne his moniti in posterum similem in errorem relabantur, atque hanc gratiam nobis refe-

B S rant.

rant. Vinum quod bimestri spacio denegatum fuerat, statim ipsi concessimus, edulia quoque consueta, in assuetis penitus abrogatis. Lac cum pauco sacchari puluerizati capiebat s. horis ante cibum; primo ad vnc ij. iij. ad iiij. & tandem ad v. quo consilio marcorem penitus deleuimus, atque ægrum pristinae sanitati restituimus.

CVRATIO VII.

De dolore vterino iam dudum inueterato. &c.

Per illustris Domina Helena de Fasaninis annos quinquaginta nata, vterinis doloribus nonnullis mensibus assidue conflictabatur, cum inappetentia, cordis palmo, syncope, & alijs: huius doloris causa proxima erat fluor albus vterinus,

rinus,

tinus, acrimonia membranas, nervos uteri, & circumiacentes partes vellicans. fluxionis originem a toto corpore, à iecore & cerebro potissimum emanare multis signis deprehendere haud erat difficile, fluxionis materia subcitrina & maleolens, & purulenta erat. hinc ulcus vel in corpore uteri, vel in eius ceruice: scopi curatorij erant fluxionem sistere, dolorem sedare, ulcera mundificare & exsiccare, ad quæ peragenda, totum corpus prius repurgare decreuimus, quo facto, partes læsas roborare & reliqua explere. ad corpus repurgandum sequenti potione vti sumus.

*Rec. agarici trochiscati scrup. iij.
 s. infun. in s. q. aquæ arthemisæ, in
 colatura dissolu. el. diaphœniconis drac.
 v. data fuit mane, vt moris est. ex
 qua multoties purgata fuit. sequenti-
 bus diebus pro syrupis præparantibus,
 capiebat bis in die decoctum arthe-
 misæ,*

misia, matricaria, melissa, absinthij,
 pont. calendula, bethonica & pimpinel-
 la ad vnc. vi. pro dosi. iterum purgata
 fuit sequenti potu.

Rec. rad. brionia sicca scrup. ij. s. infund.
 in s. q. decoct. prescripti, in colatura
 dissol. et. de succo ros. sol. el. diaphœ-
 nici an. drac. ij. s. data fuit hæc potio
 mane, ex qua similiter probè purgata
 fuit. postmodum vt penitus fluxio sum-
 moueretur capiebat sequentes pilulas
 mane.

Rec. gummi ammoniaci, opopanacis,
 mirrhæ, mastiches an. drac. i. agarici
 trochis. scrup. iiij. scammonæ spa-
 girico more preparatæ scrup. ij. croci
 martis reuerberati drac. ij. macis suc-
 cini essentia an. scrup. f. lapidis hema-
 tites scrup. i. s. cum syrupo de arthemis.
 fiat massa. capiebat scrup. ij. in tres pi-
 lulas singulis diebus 3. horis ante pran-
 dium, & his, dolores illi atroces, & con-
 tumaces, vnà cum fluore illo prauo in to-
 tum sublatis fuerunt, & abhinc, quin-
 quen-

quennio sanitate foelicissima potitur.

CURATIO VIII.

De insigni & vehementissima ophthalmia, cum febre & alijs grauissimis symptomatibus à tribus mensibus iuuetata, à medicis deplorata, cum vngula epiphora.

&c.

Ioannes Paulus Faber in via Sancti Vitalis commorans, annos 45. natus, ob acerrimam defluxionem in oculos, trimestri toto maximis cruciatibus excarnificatus erat, duobus ad id accersitis medicis ac his nihilum iuuantibus, imò malo in dies efferatiore reddito, quamuis horum præscripta ad vnguem feruaret, ego quoque accersor, hominem inuenio non tam morbi feritate fractum, quam prauis & male ad-

hibitis remedijs confectum, & mortuis simillimum. Victum seruabat continuò refrigerantem, & humectantem, absque vino, cum hordeacis, lacte feminum melonum, & similibus. Pro remedijs quot pilulas aureas, coccias, lucis ma. de agarico, potiones purgantes, &c. toto illo tempore acceperit; quot item iulepos & syrupos alterantes, & roborantes, conseruas item capitales, & quot chirurgicis reiteratas phlebotomias, cucurbitulas, sanguisugas in ano & pone aures, frictiones, aurium perforationes, lotiones, &c. quid plura? intra breue tempus in hæc tormenta totum ferè peculium impenderat, nec profus quicquam opis, morbus in dies efferatior redditur, inflammatio geminatur, & miser tandem doloris immanitate dilaniatur. apposita diceres omnia. purgant, refrigerant, reuellunt, deriuant, & similia

præ-

ANDEGAVENSIS. 39

præstant, quæ à scholasticis hodie tradita sunt. at

Pectoribus duris, dura est doctrina salutis. isti Galeni immemores causa relicta ad effectus respiciunt, & cæcis oculis andabatarum in morem pugnant. Nos illum fluxionem saltam & acrem, catholicis & laudinis pilulis sustulimus breui, & ventriculo, remedijs perperam adhibitis, prostrato, specificum stomachicum dedimus. extra ad inflationem, inflammationem, dolorem coercenda, colirium sequens admovebatur.

Rec. vitrioli Cypri drac. j. ruthiæ præp. sacch. candi, collirij albi rasis an. scr. iiij camphoræ vi. aqu. verbena, fœniculi, euphrasie rosarum an. vinc. iiij miscebantur pro colirio. sedatis dolorib. inflatione, & inflammatione vngula apparuit, quæ cito pulvere sequenti sublatâ fuit.

*Rec. ossis sepia scrup. i. sacch. candi
draco*

*drac. i. vitrioli scrup. s. tuthia prap.
drac. s. misce fiat puluis subtilis.*

CVRATIO IX.

*De febre nocturna cum sudore &
tremore cordis.*

Nobilis Domina Lucretia
quondam Domini Maximilianus
de Bologninus, vidua, annos
45, circiter nata, a semestri, febre
molestissima singulis noctibus
vexabatur, inuadebat cum rigore, &
horrore, & desinebat cum sudore,
cordis palmo his superueniente, unde
in marcorem & cachexiam incidit.
ad hæc accedebant capitis grauedo,
inappetentia, alui siccitas & insignis
virium languor. toto eotempore
seniorem medicum frustra in sui
opem accersierat: nam etsi varia
illi de more præscripsisset remedia

dia

ANDEGAVENSIS. 41

dia tum purgantia, tum alterantia,
 intrinseca & extrinseca, vani tamen
 & irriti fuerunt eius conatus. huius
 pertinacissimi affectus causam in
 succo arido, quem melancholicum
 dicunt deprehensam, melanagogo
 extracto summouendam opportu-
 num iudicauimus: Et quia eiusmodi
 humore vniuersus corporis habi-
 tus erat infectus, validum itidem
 remedium esse adhibendum statui-
 mus: at his accedebat ventriculi
 languor & imbecillitas, ideo speci-
 ficum stomachicum ei immiscuimus.
 Cumque morbus alte suas radices
 in natura defixisset, atque in visce-
 ribus crassi & densati humores sta-
 bularentur, electuarium sequens ad
 quindecim dies accepit.

*Rec. croci martis drac. iiii. spodij
 drac. i. conf. rosarum vnc. iij. spiri-
 tus vitrioli g. iiii. misce. huius dabantur
 drac. ii. pro dosi mane ieiuno stomacho.
 Pertinax est hic affectus, & nullis vn-
 quam*

AL — PETRI POTERII

Quam vulgarium medicamentorum
cedit, multos eo correptos in maras-
mum incidisse vidimus. ab illa die decen-
nio exacto semper sana vixit & adhuc
vixit.

CVRATIO X.

De Ischiade pertinaci, atrocissima, fune-
stissima & deplorata. vnde claudus
& impotens crurum, & pedum
cum continuo do-
lore.

IOannes del Borgo Lapidida an-
nos 40. natus, in foro Boario
commorans, quadrimestre ischi-
adico dolore acerrimo excrucialaba-
tur, à quo claudus & impotens fa-
ctus multa impunè ex medicorum
consilio expertus erat remedia. mi-
sera hominum conditio in hoc pau-
pere maximè enituit, fatis enim
NOB

non fuit, tot malis sufferendis imparem esse, verum & totum peculium ex tenui fortuna partum, in medicos & pharmacopolas amisisse. Deus Omnipotens suæ creaturæ non immemor firmissimam sanitatem per nostras manus sic ipsi restituit. Primis diebus pilulas catholicas per tres dies accepit, quibus multum bilis & pituitæ euomuit, atque deiecit. Semicupium postea imperavimus hoc modo.

Rec. radicum brionia, lib. ij.

rad. ebuli, fasc. iij.

baccarum inniperi, lib. i.

fol. primula veris,

ina arthetica,

mentha,

maiorana.

salvia,

rorismarini,

chamomilla,

meliloti,

} an. m. iij.

Parabs-

Parabatur. in s. q. aqu. communis. à se-
micupio partem detergendam tantum
iudicauimus, vnctionem, vt moris est,
consulto omittentes. sexies impositus est
in semicupio, mane 4. horis ante pran-
dium, sex diebus elapsis sequens admo-
uebatur emplastrum.

Rec, picis naualis vnc. iij,
sulphuris communis subtilissi-
triti dr. iij mastiches drac. ii,
therebintina communis vnc. s.
miscbantur, & super alutam extensum
coccigi locoque dolenti admoueba-
tur.

CVRATIO XI.

De loquela amissa casus notatu
dignus.

DOninus Alexandri Donini
filius in communi Zollæ Præ-
dosiæ villicus annos decem &
octo

octo natus ex procera quercu humi
 lapsus omnem loquendi potentiam
 amiserat. id contigisse ex cerebri
 concussione nemo est, qui ignoret,
 facultate motrici nervos tertiæ con-
 iugationis & musculos linguam
 mouentes relinquente, & ad suum
 principium recurrente, vel eadem
 oppressa sanguinis multitudine eò
 conflua. utcumque sit, nullus tu-
 mor intra, nec extra apparebat,
 nullus dolor, nec inflammatio: ta-
 men intra fauces, membranas &
 musculos pituitæ, humorisue cras-
 si & viscidi multum confluxisse
 suspicatus, medicamentum purgans
 dictum humorem ipsi dedimus,
 quod ut nullum præstantius ac suæ
 cõditioni magis opportunum, mag-
 nesiã saturninã iudicarem, de ea
 iiii. grana cum iusculo carnis dedi-
 mus, à qua multum crassi & viscidi
 humoris per os, & nares emisit, sen-
 timque vocem recuperavit: inte-
 rim

rim iulepos attenuantes & dissol-
uentes præscripsimus, vt ijdem hu-
mores ad expulsionem magis ido-
nei facti, citiùs, & faciliùs expur-
garentur.

Fuerunt autem ex rad. foeniculi vnc. i. s.
fol. verbena.

absinthij,

agrimonia,

pimpinell.

capill. vener.

} an. m. j.

In Colat. vnc. vi. dissoluebatur vnc. i.
syrup. limonum.

CVRATIO XII.

De hydrope ascite, iecoris & lienis tu-
more, febre lenta, mensium sup-
pressionem, & alijs sympt.

DOminica Pelegrini de Fufa-
rijs vxor via de Mirasol an-
nos 30. nata, à tribus mensibus
præ-

præduros tumores in utroque viscere patiebatur, quibus hydroscites infeliciter succedit, cum febre lenta, anorexia, vigilijs, inexplicabili siti, mensibus ipsi iam dudum suppressis. Traxerāt originem eiusmodi tumores à remedijs perperam exhibitis in ciendis mensibus, & à pravo victus regimine sic à medicis instituto, ob febriculam à mensium retentione obortam, cui sua humectantia, & refrigerantia exhibentes, vt hordeacea, emulsiones, & aquā coctam, peruicaciores, & altiores obstructions pepererunt cui postmodum hydrosc succedit. Cathartica etiā sæpe reiterata, vt & phlebotomię calorē imminuūt, radicale humidum absumūt, & animal tandem ad interitum deducunt. primis diebus sulphur metallorum bis in die dabatur, cum pauxillo olei balsamici vitrioli, quo ventriculus meliuscule se habuit. noctu in ingressu lecti parum theriacę cum tantillo

tillo conf. rosarum, abdomine paulo subsidente, & febre propulsata, necnon ventriculi robore restituto, crocum martis cum conferua rosarum ad plusculos dies ipsi dedimus, quibus pristinae sanitati restituta fuit, viuitque ab hac cura decennio elapso, quotannis natos vtero feliciter gerens, citra minimum sanitatis incommodum.

CVRATIO XIII.

De pernicaci, & atrocissimo Ischiadico dolore.

Per illustr. Dominus Gasparus de Herculaniis annos 37. natus ischiadicis doloribus acerbè conflictatus, vix vllis remedijs confanescit, etsi appositè datis. primis dolorum insultibus decocto chologogo & melanagogo purgatus fuit
ad

ad 15. dies, nec tamen multum opis,
dolor ad breue tempus recurrit,
quapropter radices altiùs in natura
defixas habere morbum, à resisten-
tia deprehendi; hinc pilulis nostris
catholicis eas euellere, & penitus a-
uerruncare statuimus. his ergo rei-
teratis & dolore adhuc non in toto
sublato, semicupium sic ipsi impera-
uimus.

Rec. radicum ebuli, brionie an. lib. i. s.
baccarum iuniperi, lauri an. lib. i.

fol. iuæ arthetico,
rorismarini.

salvia,

mentha,

maiorana,

primula veris,

fol. stœchados, anthos,

chamomilla,

} an. fasc. iij.

} an. p. iij.

Coquebantur in sufficienti q. aq. com-
munis pro semicupio, & vt pars affecta
pristinum robur adipisceretur, & humor

C

illis

*illic firmiter hærens . penitus excidere-
tur, sequens emplastrum ad aliquot dies
parti dolenti admouimus.*

Rec picis naualis vnc. iij tereben. vnc.

*s. mastiches chia, succini an.
drach. ij.*

*sulphuris communis sub. tritū
vnc. s.*

misce, fiat cerotum.

CVRATIO XIV.

*De catarrho salso pertinaci, maligno, &
medicis pro incurabili habito.*

DOminus Gasparus Cantinel-
la annos 40. natus, tunc in via
di Galiera, à 9. mensibus mo-
ribundus, & omni medicorum ope
destitutus, cumque illi per tot tem-
pus frustra adhibita fuissent varia re-
media, tanquam fascinatus ad vnicū
exorcistarum auxilium relegatur: à
qui-

ANDEGAVENSIS. §2

quibus nec pariter quicquam leuaminis reportat : tandem nostrum quoq; implorans consilium, ipsi longè salubriora, quàm quæ hucusque adhibita fuerint, certò polliciti sumus. Etenim cum primum catarrhi falsi, & prauis fontes & origines à iecore & liene induratis iudicarem, & hæc à prauo victus regimine, eoque aucto remedijs perperam adhibitis, curationis exordium duxi à specifico stomachico, quo viscerum obstructionibus referatis, decoctum melanagogum, cholagogum, ad 20. dies præscripsimus, intra quod tempus pristinam recuperat sanitatem.

Eiuscemodi decoctionum formulæ habentur initio lib, nostri de secretioribus med. præparat. memores interim estote plures morbos lamijis tribui immeritò, & quos qui curare ignorant, super phycas habere causas mendaciter asserunt.

 CVRATIO XV.

*De raro vteri affectu suffocatorio cum
atrocissimis, & horrendis doloribus
per plures dies saui-
ente.*

Domina Catherina Domini
. . . . de Rusticellis vxor,
annos 30. nata, in via vulgo
della Mascarella, annis septem elap-
sis in grauisimos vteri affectus in-
currit. & primò in strangulatum,
nonnullis caducum vteri, & verè
quidem in his affectibus veluti epi-
lepsiæ quadam specie mulieres deti-
neri videntur. per interualla redibat
eiusmodi affectus, & pluries in die,
hunc præcesserat immanis, & acer-
bissimus dolor in infimo ventris sub
pectine, & inguinibus. interdum
fundebat per aluum materiam pel-
lucidam vitro fuso persimilem, nau-
sea

ſea, inappetentia & vigiliæ perquam moleſtæ concomitabantur iſthæc, febris item lenta, alui ficcitas, & alia. primis diebus corpus totum purgavimus potione ſequenti.

Rec. agarici trochiſcati ſcrup. iiij. in- fund. in aqua arthemifia vnc. iiij. facta colatura diſſolu. el. diaphœniconis drac. v. mixtis fiat potio. ſequentibus diebus ad vterum expurgandum, excalefacien- dum, & roborandum, dabatur ipſi iuſcu- lum arthemifia, matricaria, abſinthij, tanaceti, & praſſij albi. interea inſtan- te hora paroxiſmi capiebat drac. ij. aque theriacalis cum camphora. aliquando guttulas duas ol ſuccini, ſuffitus etiam parabatur cum aſſa foetida, & galbano, eumque per os, & nares excipiebat. die- bus duodecim elapſis, morbo adhuc ſœvi- ente ſequentes pilulas præſcripſimus.

Rec. aloes ſuccotrin vnc. s.

mirrha troglod.

opopanacis,

ammoniacci,

an. ſcrup. ij. s.

C 3

masti-

mastiches, drac. 1.
 croci orientalis, scrup. i.
 croci martis reuerberati drac.
 iij. s.

cum syrupo de arthemisia, fiat massa, cuius dr. s. sumebat quotidie mane in tres pilulas, & eo tempore quieuerunt omnia, atque sensim recuperauit sanitatem, nec ab illo tempore vllum incommodum sentit.

CVRATIO XVI.

De asthma vehementissimo, & deplorato, cum insigni cordis palpitatione, mensium suppressione, &c.

DOm. Camilla de Accarisijs prope Collegium de Montalto, in via, quæ vulgo San Mammole dicitur, annos trigintaquinque nata, in vehementissimum asthma,

asthma, cum insigni cordis palpitatione à sex mensibus incurrerat. tanta erat huius horrendi affectus vis, & impetus, vt crebro vitam cum morte mutatura videretur. in eo debellando alterius medici consilio per multum temporis frustra vsa erat. nec pepercit vllis remedijs, tam chirurgicis, quam pharmaceuticis. aduocatus morbum in bronchijs pulmonum stationem, firmamque sedem habere cum primum agnouit: quapropter curam eò esse dirigendam statui, crudos & viscidos inde educendo, quod facillimè præstitit vomitus, hic bis in hebdomade cõcitatus per pilulas catholicas, citò & tutò morbi radices euulsit. etenim sequenti nocte post primam assumptionem dictarum pilularũ quiescere cœpit, atq; prius tota nocte errabũda vigil per cubiculũ deambulauerat, & lecto blãdè dormiuit. Et quia cau-

sa fouens erat mensium suppressio,
apozema aperiens ad aliquot dies,
tabellula sequenti prius deuorata
accepit.

*Rec. galanga, macis, cinamomi an. drac.
s sem. anisi, sceniculi an. scrup. i. croci
martis reuerberati drac. ij. sacchari al-
bi, aqua arthemisiae soluti, & cocti vnc.
ij misce. fiant rotulae, quarum accipie-
bat drac. i singulis diebus, mane desuper
bibens vnc. vi. apozematis. cuius est haec
descriptio.*

*Rec. rad. valeriana, althea, asparagi an.
vn. i. s. fol. arthemisia, calendula, pu-
legij, abrotani,*

pimpinella an. m. i.

*bulliant in s. q. aqu. cicerum rub.
In colat. lib. ij. dissolue sacchari albi
vnc. viij.*

*aromatizetur vnc. s. cinamomi,
& drac. s. croci orientalis.*

His redierunt menses, & tam fir-
mam adeptam est sanitatem, vt ne à
decen-

cennio quicquam molestiæ perferit.

CVRATIO XVII.

De tertiana febre, cum grauiſſimo dolore ventriculi.

Domina Laura Stiativa puella annorum 14. superioribus annis duplici tertiana spuria grauiter cum acerbissimis ventriculi doloribus vexabatur. ei occurrendo viam communem insequuti sumus, dando ei minoratiuum, vt dicunt, ex mannae calabrinæ vnc. j s. & syrup. ros. sol. vnc. ij. cum decocto fl. & fruct. cum fena. Pro syrupis, seu iulepis decoctum cichorij, endiuia, fumarie, cicerbitæ, lactuæ, acetosæ, & pimpinellæ. his nihilum proficientibus, imò ventriculi dolore efferatiori reddito, specificum stomachi-

C. 5

machi-

machicum nostrum cum aliquot granis antipyreti ad tres dies dedimus, quibus dolor & febris penitus recesserunt. qui his sunt destituti remedijs, ægros sæpè interficiunt, aut morbos in longam protrahunt.

CVRATIO XVIII.

De angina cum febre, &c.

DOmina Lucretia de Nasis vidua, nelli Vinazzi commorans, anno triginta nata, angina acerbè conflictabatur, cum febre ardenti, graui spiritu, & alijs grauiſſimis symptomatibus. cum primum accersitus venas sub lingua tūdendas curauimus, inflammatione, & dolore mitioribus factis, potionē ex agarico, sēna, syrupo rosato sol. cum elect. de succo rosarum ad drac. iij. exhibuimus, syrupis postmodum

ad

ad aliquot dies haustis facillimè curationem absolvimus Communibus utimur remedijs quando morbi non sunt pertinaces, & præ manibus morbo accommodata remedia habemus. ea tamen si chymicè parerentur, tutiùs, iucundiùs, & faciliùs esset vniuscuiusque remedij operatio, & æger iam morbo oppressus medicaminis ingrato sapore & odore non terreretur.

CVRATIO XIX.

De suppressione vrine.

ADmodum R. P. D. Antonius Bononiensis Monachus Cœlestinus in Cœnobio D. Stephanis annos 40. natus a tribus diebus vrinæ suppressionem patiebatur, cum grauissimis doloribus in pectine, & inguinibus, febre, conuulsionibus

tionibus & alijs grauissimis sympto-
matibus. tot mala fuerunt suscitata
à candelis quibusdam cereis vnguē-
to pro carcanculis atterendis il-
litis, quas singulis diebus intromit-
tebat in virgam ex consilio cuius-
dam agyrtæ. cum primum aduoca-
tus sequens enema ipsi præscripsi.

*Rec. decoct. communis clist. carminat.
lib. i. el. de baccis lauri, benedict. laxat.
an. drac. vi therebint. communis vnc.
i ol. anethini vnc. iiii. misce, fiat clister:
reddito clistere fotum pectini admouen-
dum iussimus.*

*Rec. baccarum lauri, bacc. iuniperi,
sem. cymini, faniculi an. vnc. iiii fol.
ruthæ, absinthii, maioranæ, prassii albi, o-
rigani, calament. pulegii an. m. ii bul.
in s. q. vini, & aq. post fotum inungeba-
tur pars affecta ol. scorpionum. intro de-
dimus guttas 4, ol. vitrioli cum iusculo
pulli, & his breui & intra tres horas
conualuit.*

CVRATIO XX.

*De lue venerea, cum hydrope, Curarara,
& admodum difficilis.*

POmpeius de Blanchis nella
Mafcharella annos 18. ab ali-
quot mensibus luem veneream
cum pustulis, pilorum effluuio, sca-
pularum & brachiorum nocturnis
doloribus, & alijs symptomatibus
contraxerat. Is eo in statu intempe-
ranter viuens, hydropem anasarcam
dictæ lue superaddidit, in quo affe-
ctu totum corpus mirificè intumue-
rat, capite, brachijs, abdomine, &
cruribus eodem tumore æqualiter
distentis. Urina alba erat, crassa, iu-
mentorum urinis haud valde dissi-
milis, & in magnam quantitatem
contra hydropicorum consuetudi-
nem. fitis in eo ingens erat, cum per-

petuis vigilijs, febre lenta, & alijs. hydropem à vigilijs illis continuis ob nocturnos dolores à lue venerea concitatos, traxisse originem minimè diffido. fit & propter vigilijs maximus crudorum prouentus, nulla fit aut exigua insensibilis transpiratio, sitis excitatur, hinc largior potus, hypochondriorum refrigeratio, à quibus flatus & aqua, ad tot mala propulsanda, methodo quam facili vti sumus. primis diebus, vt lues, primarius affectus, summoueretur, medicamentum siccum nobis in inueteratis morbis gallicis vsitassimum vturpauimus, extractum videlicet antiuenericum, de quo in nostra *Pharmacop Spagirica*. Et vt vnà simul hydrops expugnaretur, ipsi extracto immiscuimus sulphur metallorum, quibus breui pristinae salutis restitutus fuit. Euacuatio in hoc affectu ferè nulla fuit; virus gallicum, vt admittitur,

ita

eijcitur. hydrops leucophlegmatia,
 per concoctionem, & non per eua-
 cuationem subigitur. his euictis, cun-
 cta euanuerunt symptomata. Vos
 interim in consilium aduoco rerum
 chymicarum olores, quæ indicatio-
 nes? quæ remedia? præmittere ca-
 thartica, & phlebotomias omnino
 mortiferum. decoctionum, & actu
 humidorum vsus suspectus est. sunt
 puluere s, electuaria, tabellulæ, pi-
 lulæ, & similia: & inualida cuncta.
 Docti me intelligunt, ignaros &
 loquaces psittacos non compello.

 CVRATIO XXI.

*De repentina corporis inflatione, cum pu-
 stulis exiguis, pungenti dolore, febre
 lenta, marcore insigni.*

P Aris de Schiettis ex his, quos,
 torlidores appellant, annum
 vige-

vigesimum quintum agens in via,
quæ vulgo di San Maminolo, com-
morans, à multis annis inauditæ &
planè portentosæ totius corporis in-
tumescentiæ, cum pustulis exiguis,
& permolesto dolore obnoxius. su-
scitabatur eiusmodi inflatio cum fe-
bre, nausea, siti, & vigilijs ad men-
sem sæpè permanentibus. alios me-
dicos etsi consulisset, nihil opis ab
his tamen retulit: illos quandoqui-
dem morbi causa lateret, & ex eo
quod continuo refrigerantia, phle-
botomias, & purgantia in eius cu-
ram assiduò aduocarent; à quibus
prauam corporis habitudinem na-
ctus in marasimum incidebat. Ego
mali causam in pororum cutis atri-
ctione consistere certò sciens, ad eo-
rum laxitatem promouendam, om-
nem medendi methodum direxi.
balnea ad hoc per necessaria in prin-
cipio præscribere non erat locus,
quod adesset summa virtum prostra-
tio,

tio, & marcor insignis, ventriculi
 nausea cum apepsia. Quare, cum-
 primum ipsi dedimus stomachici
 nostri cum tantillo auri diaphore-
 tici, quibus febris evanuit, appeten-
 tia rediit, & vigiliæ cessarunt. Bal-
 neum postmodum imperauimus ex
 aqua dulci, victus fuit humectans,
 & mediocris. Iam 13. anni elapsi sunt
 ab hac cura à qua semper foelicissi-
 mè vixit, nullis morbis obnoxius.

Quid ergo cornicatis viperinæ lin-
 guæ? ab anno dicitis intereunt, qui

Chymicis remedijs vtuntur. A-

lini spernunt, quæ suis

non arrident pa-

latis.

 CVRATIO XXII.

De cecitate & grauisimo oculorum dolore à multis mensibus deplorato, & medicis incurabili habito.

DOmina Ursina Francisci Camerini sartoris vxor in via del Chiauadore commorans, annum trigessimum suæ ætatis agens à tribus mensibus oculorùm suffusionem contraxerat, cum acerrimo, & acutissimo dolore, cui, vt subueniret alter medicus, multa toto illo tempore in cassum remedia dederat. imprimis purgationes reiteratas, iulepos & syrupos capitales & alterantes, pilulas etiam pluries reiteratas, coccias, de agarico, lucis & similes, phlebotomijs, sanguisugis, cucurbitulis, frictionibus, & alijs medicis tormentis minimè omisis; imò

imò pluries repetitis, euacuationibus semper præmissis, cauterijs in utroque brachio concitatis, atque in nuca setone. Quid? misellam tot crucibus dilaniatam, mortem potiùs quam vitam oppetere vidisses. medicos, pharmacopœos & chirurgos perhorrescit ipsa, & eorum quæque non remedia, sed venena appellat. nec sine causa. nam his inuitis, morbus semper inualuit, & ad morbi sæuitiam, loco remedij, cruces & flagella addita fuerunt.

Quis non mecum malam mortalium sortem ingemiscat? videre proximum languoribus & doloribus dilaniatum, auxiliij loco grauiores morbos, flagella & cruces sibi imponi. ò cæca mens! quid vobis confert titulorum honos & gloria? petenti panem, dabimusne scorpiones? absit, nobis præfixè charitas in omnibus nostris præualeat semper Itaque diris his malis affli-

Etam

Etam sequenti methodo breui sub-
leuauimus.

Nauseabundo ventriculo, tot re-
medijs perperam adhibitis, fracto
& deiecto, tanquam parti publicæ,
sine qua nulla corporis actio perfe-
cta esse potest, stomachicum pulue-
rem nostrum ad aliquot dies dedi-
mus, eo sensim praua symptoma-
ta a remedijs malorum medicorum
suscitata euanuerunt; roborato ven-
triculo, decoctum cholagogum &
cephalicum ad 20. dies accepit, à quo
cæcitas & dolor penitus recesserunt,
atque pristinæ sanitati restituta fuit,
nec à decennio post curam vl-
lum vitę incommodum
perfenfit.

 CVRATIO XXIII.

De duplici tertiana cum atrocissimo capitis dolore, & alijs.

IN communibus morbis, quibus radices haud altè defixæ sunt, à communi medendi mothodo minimè recedimus. Cumque duplici tertiana laboraret Thomas Spadarius annos 40. natus in via della Braina, & statim primis diebus aduocatus fuerim, ipsi præscripsimus sequentem potum.

Rec. manna calabrina vnc. ij. s. dissolue in decoct. pectoral. s. q. in quo bullierint thamarind. vnc. s. repurgato corpore, sequentibus diebus dabatur iusculum in quo incocta fuerant fol. hederæ terrestris, pimpin. & acetosæ. Et quia nausea, & ventriculi dolore haud leuiter vexaretur, sanguis è brachio
 non

non fuit detractus ; febre tamen re-
 luctante , ex hæmorrhoidalibus ve-
 nis, ad 3. vel 4. vncias eductus fuit,
 cui nec cedente, antipyreton tandem
 nostrum ad 3. dies dedimus, quo per-
 fectè febris propulsata fuit.

CVRATIO XXIV.

*De duplici tertiana cum insigni lienis
 tumore.*

Per illustris Dominus D. de
 Chesi Illustrissimi Domini de
 Fourfi filius, tunc Roma Bono-
 niam transiens , post diuturnas fe-
 bres duplicem tertianam in itinere
 contraxit , cum insigni virium de-
 iectione , & lienis tumore . Con-
 tumacissimæ eiusmodi febris indi-
 cationes erant , crassam materiam
 in hypochondrijs consistentem at-
 tenuare , attenuatam dissipare , &
 fo.

foras protrudere : at viscera februm diurnitate fracta, necnon imbecillia reddita, contrarium indicare videbantur, videlicet sui ipsius roborationem. Insuper discutientia calida sunt omnia, & febrim minime apta, ex medicorum censura; hæc duo contra indicantia salutem Perillust. Patientis procul abesse quoquo pacto indicabant. at nos alia methodo, & alijs præsidijs instructi, quam quæ hodie medicorum vulgus; has indicationes haud comperimus contrarias, nec panicus ille terror nobis obstitit, quin breui vnico remedio febrem expulerimus, & lienis tumorem dissoluerimus, nostro videlicet antipyreto: quod accepit ad 12. vel 15. dies, bis in die, & quia lienis tumor non in totum sublatus erat, & ipse Dominus repeteri patriam enixè volebat, electuarium, quo quotidie vteretur hoc præscripsimus,

Rec^o

Rec. conf. beth.

conf. ros.

conf. cetrach.

croci martis.

salis bethonica,

} *an. vnc. ij.*

vnc. s

drac. i.

miscbantur pro electuario, cuius vsus fuit in itinere, quoad Parisios natale solum perueniret.

CVRATIO XXV.

De duplici tertiana, & lienis tumore.

DOminus Albertus Pollonus in via sancti Stephani annos triginta natus, duplici tertiana cum prauis symptomatibus grauissimè detinebatur, à qua citò antipyreti nostri beneficio liber euasit. Lienis tumor, cui iam dudum obnoxius erat, aliquantulum creuerat, hac de re febre fugata, electuarium sequens ad aliquot diès ipsi concessimus.

Rec.

ANDEGAVENSIS

73

Rec. conf. cetrach.
bethonica,
rosarum, } *an. vnc. ij.*
specifici stomachici, *drac. i.*
croci martis, *drac. ij.*
ol. sulphur. *scrup. i.*
misce, dosis erat drac. ij. singulo die
mane. ab illa die sanus, vixit semper
decennio à curæ exacto.

CVRATIO XXVI.

De paralyti cum grauissimis symptoma-
tibus

CYrus Barbeta ex officio figu-
 lus, annos triginta quinque
 natus in via del Pradello, à tri-
 bus mensibus paralytim, dextrum
 latus obsidentem, contraxerat, cum
 acerrimis occipitis doloribus, ver-
 tebris superioribus distortis, ob id
 collum adeo vehementer obrigue-
 rat,

D

rat,

rat, vt ligneum planè appareret,
quæ concomitabantur vigiliæ infe-
stissimæ, & crebri motus conuulsi-
ui in scapulis & dorso, mœstitia i-
tem & apepsia. traxerat originem
ilte affectus à leui capitis dolore,
cui vt succurreret alter medicus,
ipsi multa incassum præscripserat
remedia. morbo sic in dies conua-
lescente, in paralyfim, & præno-
minata symptomata incurrit. qui-
bus idem medicus, vt mederetur,
denuò multa planè irrita admouet,
purgantes potiones, capitales &
phlegmagogas minimè omittit,
phlebotomias in brachijs bis repetit,
nucha setone vexatur, podex lan-
guisugis afficitur, scapulæ cucurbi-
tulis dilaniantur, brachia tandem
causticis inuruntur, & in vanum.
omnia miser suam salutem concla-
matam existimans, ad me tanquam
ad extremum asylum refugit. pri-
mis diebus pilulas catholicas ter
ipsi

ANDEGAVENSIS. 75

ipsi dedimus, sequentibus diebus
decoctum sequens.

Rec. ligni sassafras vnc. i.

baccarum lauri vnc. i. s.

Infundebantur in lib. vi. vini albi per
12. horas, demum coquebantur ad me-
dietatem. de colatura dabatur bis in die
sero, & mane vnc. v. pro dosi.

Intra octo dies capitis dolor eua-
nuit, & paralysis cū omnibus symp-
tomatibus oblitterata fuit. agit nunc
octauum annum à cura sanus, & in
posterum ipsum meliùs valere ex-
optamus.

CVRATIO XXVII.

De continuo, & permolesto aurium, tin-
nitu cum pruritu, & graui auditu.

DOmina Valeria Domini A-
lexādri de Monte vxor, pro-
pe Diui Pauli Fanum commorans,

D 2 annos

annos 33. nata, à multis annis, gra-
uem & molestissimum aurium tin-
nitum, & pruritus patiebatur, non
citra auditus læsionem. oriebatur
eiusmodi affectus à quodam humo-
re crasso, & falso è cerebro illuc af-
fluxo; is in intimo aurium ductu
consistens nonnulla vlcuscula pe-
pererat. eo tempore medicos non-
nullos frustra consuluit: & quotan-
nis, vere, & autumno, ipsi non pau-
ca in eum tentarunt remedia, nec si-
ne fanitatis iactura: ea siquidem na-
turæ ordinem demoliuntur, & nos
sæpè in grauissima mala impellunt,
à quo morbi plerumque incurabi-
les, maximè si frequenter reiteran-
tur. eiusmodi falsi & crassi hu-
moris origo non aliunde, quam à
recrementis cerebri, & hæc à sup-
pressis mensibus, quibus iamdu-
dum detineretur. Indicationes in
hoc affectu curando fuerunt, vlcus
mūdificare, & exsiccare, mentes mo-
uere,

vere, & caput roborare. ad menses, corpore pluries decocto melanagogo & cholagogo, repurgato, apozema hystericum incidens & aperiens dedimus. ad aurium vlcus, vnguentum rosaceum cum tantillo mellis rosati, mercur. balsamo per interualla adiecto, quibus breui fœlicissime conualuit.

CVRATIO XXVIII.

De strumis in collo, marcore insigni, & lenta febre, à multis annis inueteratis.

Strumæ affectus, & varius, & pertinacissimus, hispanis communissimus in nonnullis etiam Italię partibus frequens, curationem ægre suscipiunt, & quicquid dicant medici de eorum ortu & curatione, parum mihi probatur, eo magis, quod via ab his tradita earum

D 3

cura-

curatio infeliciter suscipiatur. Scrophulæ ea forte ratione dicuntur, quod scrophis, seu porcis in ea parte frequenter enascantur. Quidam strumas à scrophulis distinguunt, de quo parum laboramus. Utinam earum essentiam & curationem fælicius aperuissent. nonnullæ equidem sine dolore induratæ manent, per collum, vel alias partes glandulosas, fixæ, vel mobiles: aliæ, breui dolentes, suppurantur & vlcera maligna vertuntur, à pituita diuersimodè mixta eas oriri, dicere hucusque profuit nihil, etenim purgent quantum velint, quid præstant? magis, atque magis excarnificantur ægri, & inde in marcorem incidunt. connaturale esse vitium sæpè obseruamus, & id quidem radices in natura altè defixas habere. ab utroque parente sano & vegeto sæpè infecti pueruli prodeunt. & quod mirum est, etsi multi infantes ab eodem pa-

parente orti, eodem alimento enutriti, in eodem loco nati, & educati, ex his tamen aliqui hac labe infecti, alij non, sed perpetuò bene valentes vitam degunt. Sic puellulæ nobili cuidam Bononiensi contigit, quæ etsi ab utroque parente sano & vegeto nata, & fratres, & sorores optima, & firma valetudine constitutos habeat; tamen ferè à cunabulis, scrophulis, & fœdis illis tumoribus in collo obnoxia fuit, cumque iam 12. annum suæ ætatis perageret, & multa à multis medicis incassum experta fuisset remedia, vnde pro sanitate marcorem totius corporis & lentam febrem reportavit, ad me curanda deducitur. marcori, & febrilentiæ apprime vt prospicerem, pulverem nostrum diaphoreticum cum conserua rosarum ad 15. dies, bis in die dedimus. tinctura saturni philosophici his aliquando mixta. purgatio

tio fuit roborando imperceptibilis
per cœcos corporis meatus. causas
& rationes alibi referuamus, sat si
notauero eo remedij genere marco-
rem, & ebrem intra dictum tempus
expulsos fuisse, & tumores haud
minori tempore suppuratos, & se-
quenti vnguento mundificatos, car-
nerepletos, & cicatrice obductos.

*Rec. fol nicotianæ recentis m. vi. butyri
insulsi lib. ij. therebintina Veneta vnc.
iiij. misceantur simul, & insolentur per
octiduum, colentur, & torcutari fortiter
exprimantur, expressis adde ceræ citrinæ
parum, gummi ammoniaci, galbani an.
vnc. ij. facto vnguento, & fere refrige-
rato adde pul. antimoniij crudi subtiliss.
trititi, cinnabaris an. drac iiij. mir-
sha, thuris an. drac. ij. mis-
ce, & fiat vnguen-
tum.*

CVRATIO XXIX.

*De hydrope leucophlematia, & aseite à
validis cathartics male adhibitis.*

Dominicum Palmarium ex of-
ficio tiralbro, annos 27. na-
tum ad me curandum perdu-
xit Dominus Hieronymus de Senfi-
fabris dictus Palmarius ob officium
rotulam ferream vertendi conti-
nuò, dolorem grauissimum in altero
brachiorum contraxerat, cui vt oc-
curreret, medicum adiit; is falsò do-
lorem referens lui veneret, purga-
tionibus suis consuetis præmissis
cum phlebotomijs, puluerem ex sal-
sa parilla, cortice ligni, sena, thur-
bith, scammonea, & alijs per ali-
quot tempus ipsi præstitit. Ah
quam infeliciter experiebatur mi-
ser ille æger! loco sanitatis, febris, &

D S

hy-

hydrops dolori superadduntur; Si-
 tis & vigilia cum alui suppressione,
 & inappetentia fiunt morborum
 comites. ad me tandem venit. hy-
 dropi & fabri per sulphur, & cro-
 cum metallorum prospicio, ad vo-
 ta succedunt omnia, multum vri-
 næ, & sputi fundit quotidie, iecori
 vis, & robur sensim restituitur.
 Dolor interim dum hæc perageret,
 & in requie perstaret, omnino eua-
 nuit. quæ labore fiunt, requie tol-
 luntur. cui experientiæ suffragatur
 Hippocratis sententia, & omnium
 medicorum assensus. non ver-
 bis, sed remedijs apposi-
 tè datis ægri con-
 ualescunt.

CVRATIO XXX.

*De vulneribus iuncturarum cum ossium
fractura, facilis & in assuetam
methodus.*

Medicam artem ratione, & experientia tanquam duobus crutibus incedere iam dudum prodidit Galen. posteriorum medicorum discrepante nemine Et reuera, vt temerarium & inconsultum experientiæ contradicere; ita sapienter, & iustum, rationi obtemperare. mihi ergo cui firmiter residet in pectore, hos in arte tanquam præcipuos præceptores, & duces habere, quid in omnibus morbis medendis statuerint antiqui, in vulneribus præsertim minimè sequor; Experientia, & ratione maximè contrarium docente. Et, vt res exemplis illustrior reddatur.

D 6 qua

qua arte opem tulerim vulneratis aliquot, extra communem medendi methodum paucis aperiam. In primis hic Bononiæ cum degeret Nobilis Dominus Carolus de Nivelet Gallus, is in prima dearticulatione phalangis, noctu, clam à ficiario vulnus ingens accepit, quo vulnere præcisi fuerunt 4. digiti ad extimam cutis, solius indicis osse non in totum fracto, cæteri tres pauxillo cuti hærebant, pendentes ea portiuncula quasi ex industria cæsi: horrendo & dolorifico eiusmodi vulnere, & nocte media accepto, ex tempore balsamum nostrum vulnerarium tepide apposuimus, cum plagulis & linteis in eo madefactis. ossa ossibus disposita fuerunt primò, & cutis cuti adiecta quantum potuimus, ac demum manu tabellulæ extensa, & digitis eidem aptatis, atque ager lecto traditus alteram noctis partem feliciter transegit, sine

ne

ne vlllo symptomate, & qui iam venerat dolor recessit: febris itidem quæ eiusmodi vulneribus infentissima esse solet, abfuit per totum curationis tempus. secundo apparatu manum tabellulæ affixam suis plagulis, & fascijs liberauimus, & perspecto vulnere omni symptomate carente, annulari osse paulo à proprio loco emoto, quod quidem iterum in suo loco restitutum fuit. vulnus sequenti fotu detergendum curauimus, atque hoc bis in die antequam nouum balsamum admoueretur.

Recip. aristolochiæ rotunda vnc. i.

mirrbæ elect. drac. ij.

bacc. iuniperi p. i.

fol. prunellæ,

alchimillæ,

vincetoxici,

} *an. m. i.*

Parabatur decoctum in s. q. aquæ & vini cum modico sale communi.

D 7

Die

Die tertio aluum subduximus
cū sequenti medic.

*Rec. pulpæ cassiæ recent. extract. vnc. i.
rhabarb. el. subtiliss. triti drac. i.
misce, fiat bolus.*

Sequentibus diebus potionem vul-
nerariam bis in die accepit, quæ sic
parabatur.

Rec. radicū vincetoxici vnc. l.

sol. acetosa

prunella,

pilosella,

pimpinella,

sanicula, bethonica,

}
} an. m. i

*sol. violarum p. i. liquirit. rase vns.
s. parabatur decoctum in s. q. aquæ hor-
dei. de colatura debeat quantitas vnc.
vi. pro singula dosi cum vnc. i. syru-
pi limonum eiusmodi decocti inten-
tio fuit, naturalia viscera in suo
robore & officio continere, langui-
nem vulnere carne implendo ido-
neum reddere & sitim compescere.
victus fuit mediocris, ova forbilia,
pa-*

panis coctus in iusculis carniū primis diebus pro ferculis dabantur, à vini vsu non abstinuit, verūm oligophorum, & parum aqua dilutum dabatur. exacto ꝛ. de carnibus vsus est, & meraciori vino: quo victu alius laxabatur quotidie, quod rarò contingit in vulneratis, ob victum nimis tenuem, & ob hæmorrhagias, quæ in vulneribus iuncturarum contingere solent. Et hac methòdo intra 25. dies ossibus optime ferruminatis vulnus omnino coaluit.

 CVRATIO XXXI.

De simili vulnere iuncturarum cum ossium fractura.

CAsus superiori haud dissimilis contigit fere eodem tempore cuidam fabro nomine Paulo, qui noctu à sicario circumue-

tus

tus quatuor digitos in eodem articulo phalangis magno vulnere pene abscissos reportavit, ossibus fractis, & disruptis sola cute volæ manus ossa ossibus annectens, & vulneris labra ad invicem deducens ac demum balsamo vulnerario cum plagulis & fascijs vulnere imposito, curam feliciter absolvimus, sine vlllo symptomate, potiones vulnerarias vt supra diximus, bis in die dabamus, atque iisdem sale communi adiecto detergebatur vulnus. mirum videre est, quam tutò hæmorrhagiæ firmentur ab admoto balsamo & dolores & spasmi recedant. cæterum vbi nulla aut exigua adest contusio, nulla aut perexigua fit suppuratio, & verè quando adest contusio, vel primis diebus opus est valida & longa fomentatione, vel suppurantia sunt vsurpanda.

CVRATIO XXXII.

De simplici vulnere in facie.

DOm. . . de Serpa annos
quingenta natus in via di
Cento trecenti vulnus ingens
in facie, quod vulgus sfriso nominat,
à proditore noctu accepit, vt am-
plum, & profundum atque à tem-
pore ad mentum diductum, aspe-
ctu horrendum videbatur, cum
que vulneris labra inter se multum
distarent, primo aspectu tuturam
omninò necessariam indicabat bar-
bitonsor, qui eum ad me vulnera-
tum adduxit, at ego qui eiusmodi
carnificinam respuere soleo, &
cui cordi est tantum dolentem, &
afflictum subleuare, ea arte, qua
supra dixi sine futura vulnus breui
ad optatum scopum deduxi, labra
vul-

vulneris fascijs, & plagulis simul ad inuicem deducendo, atque oleum vulnerarium parti vulneratæ ad-mouendo. nec interest si primo apparatu vulneris labia ad inuicem iungi haud possunt, etenim secundo aut tertio facillime coniungentur, nam vbi nulla superueniens inflam-matio, nullus humorum confluxus, cunctæ particulæ ad naturaiem lo-cum redire cōnantur.

CVRATIO XXXII.

De raro, & inaudito vlcere capitis, in quo cranium ad palmae latitudinem sponte emarcuit, in muliere octuagena-ria, quæ sanitati restituta ceca euasit.

Vetula quædam mulier annos octuaginta quatuor nata, ex fami-

ANDEGAVENSIS 91

familia de Bourdinis in via di strà
 Castione commorans, supra verti-
 cem capitis ad læuam versus, tu-
 morem contraxit malignum ad pal-
 mæ latitudinem, cum dolore vehe-
 menti, & inflammatione insigni
 cum plumbeo colore, ad dolorem
 & inflammationem compescen-
 dam embrocham ex oleo rosato,
 & oxyrhodino imperauimus. In-
 tus manna ad vnc. j. cum iulculo
 carnis dabatur, vt prima regio cor-
 poris expurgaretur. Interdum vi-
 ctus humectans & refrigerans erat
 ex vsu. his peragentibus cum minùs
 de suppuratione cogitaretur, ecce
 nigredinem malignam, & formido-
 losam pestilentiali carboni valde
 similem, ea suppurantibus procura-
 ta, puris multum foetidi, & subvi-
 ridis fudit. cum verò barbiton-
 for vlcus gossipio detergeret, sub
 prima cranij tabula ipsum pus e-
 mergere deprehendit, ac paucis post
 die-

diebus prima illa cranij tabula tanquam à candenti ferro vsta à viuo sensim se separauit. vlcus tandem more vlcereum cum sequenti vnguento deterlum mirificè citò coaluit.

Rec. resina pini, } an vnc. ij.
 picis naualis, }
 therebentine clare, vnc. i.
 vitellorum ouorum, n. ij.
 aristolochia rot. } an. drac. i.
 thuris, }
 croci, scrup. i.
 ol. rosati parum. Misce fiat vnguentum.

CVRATIO XXXIII.

De catarrho à duobus annis inueterato cum maxima neruorum imbecillitate.

Illustrissimus Dominus Ioannes Maluezzius annos tunc 24. natus

tus, ante sexennium in infensissimam capitis defluxionem incurrerat, vnde in sinistrum latus irruens, brachij, coccygis, tibiæ, & pedis illius lateris inlignem impotentiam pepererat. tanto affectui, vt occurreret, plurimum medicorum ope, toto biennio frustra vltus erat. nec interea pepercerunt rarioribus & præstantioribus remedijs, solitas purgationes & phlebotomias semper præmittentes, iuis postmodum decoctis Guaiaci, salis, & similibus in vsum aduocatis; cauterijs, cucurbitulis, frictionibus, vnctionibus embrochis, suffumigijs, minimè omis-
 sis. cum verò vana & irrita hæc essent omnia, ad eum aduocatus, ei cum primùm medicamentum cerebrum & nervos roborans adhibuit, idque cum conserua rosarum, decoctum postea cephalicum ad 30. dies accepit, oleo vitrioli balsamico per interualla adiecto, & his paucis &
 gra-

gratissimis intra sesquimensem pristinam recuperavit sanitatem, quam ad hunc usq; diem firmissimam seruauit, exceptis duobus mensibus peractis, quibus fere in eundem affectum incurrebat, ni nostra ope confestim subleuatus fuisset. eadem præsidia eidem affectui debellando semper conueniunt. Inter roborantia primas tenet aurum nostrum diaphoreticum: puluis stomachicus est etiam roborans quoddam uniuersale.

CVRATIO XXXIV.

De tertiana notha.

Per illustris Domini Bartholomæi de Bancis vxor Domina Antonia annos tunc 20. nata, superioribus annis, tertiana notha grauiter vexata, hunc in modum sanitatem

nitatem à nobis reportavit, primis diebus corpus blandè purgauimus mannæ calabrinæ vnc. ij. in aqua cichorij dissolutis, victu humectante, & refrigerante imperato. Decoctum postea refrigerans & humectans cum syrupo acetositis citrij bis in die sumebat. hora paroxysmi, antipyreton dabatur, quo confestim febris feliciter oppugnata fuit, ventriculo ob febris æstum & biliosorum humorum motum fracto, & languido specificum stomachicum nostrum ad aliquot dies dedimus, cum conseruis violarum & rosarum. quibus non solum ventriculi imbecillitas recessit; verum & menstruales purgationes statis dieb. fluxere, & alia quæque cessarunt symptomata. videant quam tutò, citò & iucundè spagiricis remedijs oppugnentur morbi, & in quas Sirtes ægros præcipitent, qui, hilce destituntur.

CVRATIO XXXV.*De Ischiade.*

DOm. Constantia N. cuiusdam berretarij vxor annos 40. nata, retro dolore ischiadico supra vires excruciabatur à nonnullis diebus cui obuiam eundo duplicem indicationem nobis proposuimus: vnā à morbi essentia, alteram à natura ipsius patientis. magno, morbo, atroci & vehementi, magnum, efficacissimum & velocissimū remedium conueniens erat, delicatulae mulieri, debili, consimile remediigenus minimè aptum videbatur. Quocirca fofus calidos, & aperientes affecto loco admouendo iussimus. vt.

Rec.

Rec. baccarum iuniperi, }
 lauri, } an. p. ij.
 fenugræci, }
 lini, cymini,

herbarum menthae. }
 salvia, roris marini, } an. m. i.
 iua arthritica. }
 arthemisia.

coquebantur in s. q. aq. & vini pro fotu.
 quo peracto, affecta pars sequenti
 vnguento calidè vngebatur.

Rec. vng. martiati, vnc. ij.
 ol. laurini, vnc. ij.
 ol. petrolei, vnc. s. Misce

Intus pilul. catholic. ad gr. viij. da-
 bantur bis in hebdomade, cruribus
 postea cauterium inuri iussimus,
 quibus euauit dolor, nec vl-
 tro reuersus quinquennio
 iam elapso.

 CURATIO XXXVI.

De diuturnis ventris doloribus.

Benedicta Ioannis N. ex illis, qui
 vulgo dicuntur Adobadori, in
 via quæ communiter dicitur il
 Borgo di S. Giacomo commorans,
 annos 45. nata à longo tempore in-
 ueteratos & contumacissimos dolo-
 res ventris patiebatur, propterea à
 duobus mensibus in lecto infeliciter
 decumbens, & alterius medici opem
 dicto tempore frustra experta, non
 nisi de morte cogitabat: tacto eius
 abdomine nihil præter flatulen-
 tum tumorem, ventrem nimirum
 præter consuetudinem distentum,
 deprehendere licuit: calculum aut
 induratas fæces in intestinis con-
 tineri certò coniecimus, cum quo
 vermium proventus haud erat su-
 spicio: quare omnes curandi sco-
 pos eò direximus, vt calculus, aut
 quip-

quippiam simile non naturale foras detruderetur, ad quod præstandum duplici incedere via operæ pretium duximus. Etenim cum primum accersiti enema ex oleo lini simplex infundi iussimus, per os ole. amigdal. dul. sensim forbendum, sensim, inquam, ne affatim haustum euomisset, horis 4. exactis, theriacæ drac. j. dedimus, sequenti mane pilul. catholic. g. xij. cum trochisc. alhandal g. iij. ab assumpta pilula præduras fæces cum multa copia pituitæ eiecit, dolores inde paulò mitiores euaserunt, & noctu dormire cœpit. tertio die pilulis reiteratis similes fæces excreuit, & supra multum bilis & pituitæ: reliquo temporis spatio conseruas rorismarini, absinthij, menthæ cum mithridatij tantillo mane sumebat: quibus breui sanitatem consecuta est. Interea connotandum superest quomodo bis à duo-

bus medicis purgata fuerat, à quibus
 vt à remedijs parum appositè adhi-
 bitis, nihil leuaminis retulerat: non
 enim fat est purgare; sed quando,
 quomodo, & quibus obseruare o-
 portet.

CURATIO XXXVII.

*De gibbositate in sene cum doloribus,
 sublata.*

MOnialis quædam nomine so-
 ror Fabricia, in cœnobio
 Corporis Christi degens, an-
 nos septuaginta nata, ab aliquot an-
 nis pertinacissimo catarrho in spi-
 nalem medullam irruenti obnoxia
 erat; vnde varijs temporibus diuer-
 sos medicos consuluerat, à quibus
 nihil opis reportans me quoque con-
 sultit. Examinata morbi natura, &
 catarrho per spinalem medullam de-
 currente cognito, morbum, etsi ab
 alijs medicis incurabilem creditum
 tamen subsequenter medijs curā-
 dum

dum suscipio. In quinta vertebra, à qua gibbositas, & conuulsiui dolores quibus assiduò cruciabatur, cauterium potentiale admouendum curauimus.

Intus bis in hebdomade sumebat sequentes pilulas.

<i>Rec. agaric trochiscati,</i>	<i>drac. iij.</i>
<i>aloes succotrine,</i>	<i>vnc. s.</i>
<i>mastiches,</i>	<i>drac. ij.</i>

cum syrupo rosato sol. parabatur massa, cuius capiebat drac. i. pro dosi.

Per aliquot dies statim ante cibum, puluerem nostrum stomachicum sibi familiarè reddidit, quibus paucis pristinae sanitati restituta fuit, scipionibus, quibus utebatur, relictis, & doloribus planè sublatis.

CVRATIO XXXVIII.

De diuturna leuitate intestinorum, ventriculi attritione, abdominis cruciatibus, & alijs.

Guilielmus de Hortolanis sclopetarius

petarius annos 45. natus, ab 11. mensibus grauissimis morbis detinebatur, leuitate intestinorum, ventris doloribus, mira ventriculi, ac omnium partium naturalium imbecillitate, inappetentia, siti & alijs. Ad id vsus erat toto illo tempore trium medicorum ope; sed frustra. in his enim peculio, & omnibus fortiter bonis absumptis, ad extremam pauperiem deuenerat. Tunc ipse ad me tanquam ad extremum asylum confugiens, & personæ & morborum ratione habita, consimilia, quæ breui & citò citra pecuniæ iacturam, sanitati eum restituerent, ipsi præscripsimus. primis diebus ad acrium & erodentium humorum vim & impetum coercendum, pilulas laudinas bis dedimus. viribus paululum recreatis polychrestas ad drac. s. cum g. 7. catholicarum ter accepit. tandem cacoexiæ & obstructionibus in iecore, liene, & melaraicis relictis,
Ele-

Electuarium sequens efficacissimum
dedimus.

<i>Rec. cons. rosorum.</i>	<i>vnc. iij.</i>
<i>croci martis.</i>	<i>drac. iij.</i>
<i>macis.</i>	<i>drac. s</i>

*miscbantur pro elect. cuius dosis erat
drac. ij. mane.*

His omnibus ad vota cedentibus
Deo optimo, nobisque eius instru-
mento gratias egit. Videant, si sa-
piunt, in quæ tormenta conijciunt
ægros, illi, qui nimio fastu innu-
mera remedia vnico morbo præscri-
bunt. Nonne vni, vnum contrari-
um sufficit? diceres eiusmodi sciolos
alteros esse Galenos, cum ne Gale-
num à limine salutarint vnquam.
hi semper de destillationibus, ob-
structionibus, & febribus, ad quæ
tria capita tota eiusmodi homunci-
onum scientia reducitur, deplate-
rant.

Pilulæ polychrestæ nostræ toto
cœlo distant à polychrestis officina-

E 4 rum

rum, illis tamen dotibus, quibus illæ donatur. de his, vt & de alijs in tertia parte nostræ Pharmacopœæ spagiri-
ricæ.

CVRATIO XXXIX.

*De ischiadico dolore, quo claudus, & im-
potens iam dudum factus ager.*

Michael N. in via, quæ vulgo dicitur il Borgo di San Pietro commorans, baiulus, de his, qui Chariolari dicuntur, annos circiter q̄ adraginta natus, ex fortissimo & robustissimo viro, ischiadici doloris immanitate & tyrannide claudus, & pedibus omnino impotens redditus, & virilibus officijs, cui tota die ex officio insudabat, ad imbecille, & ignauum muliebrem exercitium relegatur. quo miserando spectaculo commotus, sciscitor ab eo, quæ hucusque in tam atrocem morbum expertus esset remedia; multa inquit à duobus

bus medicis sibi fuisse præscripta; in
 quæ non tantùm sanitatis reliquias;
 verùm & quicquid in futuræ inopiæ
 subsidium coaceruauerat fecisset ia-
 cturam, addens se in altero xenodo-
 chiorum quindecim dies curandum
 frustra moratum, nunc autem nul-
 lam sibi superesse sanitatis spem, &
 muliebrenendi officium, quod nunc
 famè compellitur exercere in tot an-
 gustijs vnicum sibi esse refugium,
 quo ærumnosam vitam sustentare
 possit. Implorato tandem Diuino
 Numine sanitatem illi breui affutu-
 ram, si nostris mandatis pareat, pol-
 liceor. atque tum pilulas nostras ca-
 tholicas cum granis 4. trochis. alhan-
 dalter ipsi dedimus. Extrinsecus em-
 plastrum ex sulphure & pice affectæ
 parti admouendum iussimus. quibus
 sensim atrox & pertinacissimus do-
 lor euauit: atque femori deper-
 ditum robur in totum fuit
 restitutum.

E s

CV-

 CVRATIO XL.

De pertinacissima psora.

Dominus Iulius Cæsar Riua-
 lus aurifex annos sexaginta
 natus à multis annis Psoram
 contumacissimam patiebatur, in qua
 cutis aspera, crassa, dura, arrosa, fis-
 sa, & exesa, furfuraceas squamas
 assiduè deponebat. tanto affectui
 superando medicos plures, & plu-
 ries incassum consuluit. illi ad atram
 bilem, pituitam salsam purgan-
 dam, atque ad iecur refrigerandum
 respicientes, morbum magis rebel-
 lem, curatuque difficiliorem reddi-
 derunt. nos naturæ methodum inse-
 quuti naturalia emunctoria aperien-
 da, facultatemque expultricem pro-
 mouendam duximus, noxios inte-
 rim humores incidendo, & attenuan-
 do. Quibus subactis & confectis, vijs-
 que naturalibus adaper̄tis, qui in ex-
 cubijs

cubijs confederat hostis facillimè eij-
 citur. Igitur vt tot indicationibus fa-
 tisfacere, vnico contentus fui me-
 dicamento, sulphure videlicet em-
 brionato ex magnesia saturnina edu-
 cto, id verum est naturæ instaurati-
 uum, symphytum, seu balsamum
 naturale nostrum mundat, & pur-
 gat, & modo communibus medicis
 ignoto. mirabatur interea quo pacto
 tam blandè sanaretur, nulla fit sensi-
 bilis purgatio, alteratio nulla, poti-
 onum, apozematum, & iuleporum
 aspectum minimè perhorrescit. Sa-
 por, color & odor in hoc medica-
 mento naturæ amica sunt: quantitas
 est perexigua, & omni tempore exhi-
 beri potest, etiam in cibis ipsis. æ-
 muli interea, qui hæc ignorant, vt
 operibus destituti, ad
 verba se confe-
 runt.

 CVRATIO XLI.

De Psora pertinacissima à multis, annis inueterata.

DOminus Franciscus Balatinus nobilis Bononiensis annum quadragesimum circiter agens, à teneris annis scabiem contumacem, siccam, & atram patiebatur, traxisset ne originem à victus consuetudine, an ab alijs, planè me la-
tuit: ex præsentibus deprehendere licuit, dictum dominum esse temperamento calido & sicco; pituitæ falsæ multum generare, crassum obtinere sanguinem, cutis poros valde densatos eandemque cutem fusco colore perfusam. In foeda hac scabie debellanda, multa remedia per totum vitæ spacium à diuersis medicis exhibita fuere, sed incassum. nec mirum, cùm eiusmodi vulgarium medicorum scientia tantùm sit, aluum
laxa-

luxare & sanguinem detrahere. quicquid de alterantibus effutiunt, nugæ sunt, & quid sit refrigerare penitus ignorant. Indicationes curatiuæ nobis fuerunt luxuriantem talsedinem compefcere, eamque in venis consistentem per renes & vesicam foras propellere, & quæ in carnibus atque in cute stabularetur, eam discutere. tum per sudorem, tum per insensibilem euaporationem. quæ facillimè subsequentiâ duo medicamenta præstiterunt.

<i>Rec. conseruæ rosarum,</i>	<i>vnc. iiij.</i>
<i>cons. violarum,</i>	<i>vnc. ij.</i>
<i>auri diaphoretici,</i>	<i>drac. i.</i>

Miscebantur simul, & huius mixtionis capiebat drac. iiij. bis in die. hoc medicamentum non tantum sudores & insensibiles euaporationes promouet, verum labantem nostram naturam subleuat, calorem & humidum insitum recreat, & nectaris nostri spiritibus pabulum affert: effe-

ratam verò & exuberantem falsedinem sequenti medicamine breui imminuimus.

*Rec. radicam lapathi acuti, graminis,
fœniculi, an. vnc. i. s.*

*fol. cichorij, taraxaci,
agrimoniae, fumariae,
lupuli, betonicae, } an. m. j.
pimpinella, scolopend. }*

*senæ, epithim. } an. vnc. i.
cuscuta, }*

liquiritia rasa & contusa vnc. s.

Parabatur decoctum more solito in s. q. aquæ communis, cuius colaturæ ex arte deputatæ dabantur mane vnc. vj. cum vnc. j. syrapi limonium: huiusmodi decocti vis & energia salis copiam non tantum repurgat, verum & obstructos meatus abdominis aperit, excrementitium sulphureiicit, intestinorum sordes eluit; quicquid etiam renibus hæret, nec non vesicæ, foras protrudit, extrinsecus, vt cutis siccitas

&

& asperitas læuigaretur , vnguento
rofaceo cum balsamo saturni &
pulvere cosmetico ter vel quater v-
sus est . quibus paucis & facillimis
dictum dominum à feedo illo affe-
ctu tutò & iucundè liberamus .

Hic annotare licet senis medici con-
siliū , qui cūm solis scholarum ve-
stigijs inhæreret , incognitis natu-
ræ medijs , nec non ipsiusmet natu-
ræ viribus , quibus in expellendis
morbis ipsa vtitur , indixit dicto
domino , ne imposterum quenquam
medicorum consuleret , secus , ei
imminere euentissimum mortis
periculum . non alia ratione ei dix-
isse mihi persuadeo , quàm quod
putaret congenitum omnino esse
eiusmodi affectum , vnde si quis
eius curationem aggrediretur , id
fieri haud posse , maximè blandis
& ordinarijs præsijs , alijs verò va-
lentioribus morbum magis exaspe-
rarj , valida enim sunt caljda & ma-
gnæ

næ actiuitatis, at qui talia vim & molestiam naturæ afferunt; à qua symptomata multa, à quibus si non mors, faltem culpata sanitas. At medicus Galenicis & chymicis artibus simul instructus maiora longe sibi pollicetur, citra molestiam & vehementiam, non solùm fallaci & titubanti scriptorum ratiocinio indicium suum committit, sed naturæ opera diu multumque rimatus, experientiæ rationi copulatæ se totum deuouet.

CVRATIO XLII.

De Arthritide.

Per illustris Dominus Aloysius Maria de Vrsis Sancti Stephani eques, annos triginta natus, à quindecim diebus arthritide grauiter detentus, etiam duorum medicorum opera frustra curatus me accersiri iussit. Tunc genua, & brachia dolore acerrimo tentabantur, noctes

in-

in somnes transigebat, cum cibi inap-
petentia non sine febre, eaque lenta
& continua. huius causas à naturali
quadam propensione pendere & ab-
erratis in regimine victus commif-
fis existimaui. Etenim quinquennio
exacto, dolore non dissimili correptus
fuit, victus vero ratio omnifa-
ria, veneris illecebris, vitæque vo-
luptuariæ, vt apud diuites sæpius
moris est, nimium indulgens. Cæte-
rum causas antecedentes calidiori
hepatis & ventriculo minus calido re-
ferunt Medici, & eo magis ætate, cor-
porisque habitudine, id ipsi condo-
nantibus. coniunctam à communi,
& à nobis alibi explanatam minime
discrepare iudicauimus. hac de re
earundem indicationum quas in si-
milibus elicere consueuimus, con-
siderationem habentes, primo die, vt
iam geniti humoris acrimoniam
membranis, neruis, tendinibus & li-
gamentis articulos constituentibus,
in fen-

infensam obtunderemus, aurum nostrum diaphoreticum ipsi exhibuimus, cuius medio humoris illuc appulsi subtilis euaporatio acris, & mordax euauit: at relicto in articulis humori expurgando fluxionique futuræ obuiam eundo, pilulas catholicas dedimus ad grana 15. cum g. 5. trochisc. alhandal: vini vsu ad 15. dies ipsi interdiximus. Victus insuper primis diebus fuit solito tenuior, paulò tamen consueto parcior; oua loco carniū comedente ipso, vt & pira cocta saccharo conspersa, sicque breui firmissimæ sanitati fuit restitutus.

CVRATIO XLIII.

*De funestissimo dolore alterum crus
obsidente.*

DOminus Virginius Piottus annos triginta tres natus, propè Diui Matthæi Piscatorum Ecclesiam lanæ mercaturæ officio
in-

A N D E G A V E N S I S. N^o 5

incumbens, à multis mensibus, vagum & errabundum, atrocem & acerbissimum dolorem in altero crure patiebatur: redibat is dolor per interualla nullo ordine seruato, causis externis præhabitis nullis, ad integrum diem, aliquando per horas latitans, & non rarò per dies: febris interea aderat nulla, nec in parte dolente rubor, aut tumor conspicuus, minùs inflammationis vestigia vlla, verùm parte in suo colore, & naturali conformatione persistente. Ad tantum dolorem debellandum, multa incassum ab alio medico, bimestri toto, sumpserat remedia, veluti purgationes solitas, iulepos, phlebotomia minimè omisìa, cum multis localibus, item puluerem iuxæ arthetice, & alia: quibus dolore nihilo remittente, sed in dies pertinaciori factò contumaciori, & magis sæuiente, me quoque consulturus accersiri iussit:
rela-

relatis itaque ad vnguem exploratis
malum in tenui aura consistere faci-
lè cognoui: quapropter cutis poros
omnino ea in parte aperiendos iudi-
cauimus, ad quod sequentem fotum
direximus.

Rec. bacarum iuniperi, } *an. lib. s.*
lauri, }

foliorum roris marini, }
salvia, } *an. m. ij.*
menthae, absinthij, }
maiorana, }

florum stœcados, camomilla, } *an. p. j.*
hypericonis, }

coquebantur in vino & aqua pro fo-
tu, quo peracto, dolore renitente ad-
huc, cucurbitulas cum sacrificatio-
nibus, vti monemus in nostra prima
centuria, curatione x. & curatione
lxxix. admouendas iussimus, à quibus
pro tempore dolor penitus euanuit,
verùm tenuis & flatuosa isthæc mate-
ria ab intimis corporis recessibus af-
siduo

fiduò erumpens aliud medicamenti
genus subindicauit, nimirum discuti-
ens, aperiens, purgans & simul ro-
borans. discutiens, vt viscidam ma-
teriam è qua prodeunt similes flatus
inanes attenuaret, & discuteret: ape-
riens, vt obstructos meatus aperiret:
purgans vt dissolutam & expurgati-
oni præparatam materiam foras pro-
pulsaret: roborans, vt pars diu do-
loris immanitate conflictata pristi-
num robur suscipiens noxia à se cõ-
modius repelleret: quibus virtutibus
pilulæ nostræ catholicæ pollentes,
has omnes intentiones iucundè &
tutò absoluerunt: dabantur autem
ad grana xv. granis 4. trochisc. al-
handal aliquando additis.

CVRATIO XLIV.

De Asthmate inueterato.

Marcus Antonius . . . ex
his qui canabinam artem ex-
ercent,

ercent, annos 40. natus, in via No-
zadellæ, funesto & pertinacissimo
asthmate toto anno detentus sub cu-
ra nostra sic breui restitutus fuit : ad
crassam, & viscidam materiam pul-
monum bronchijs fixè inhærentem
& induratam, sequenti oxymelite v-
si sumus.

*Rec. foliorum peti, alias herba regina
m. iv.*

byssopi,
prassij albi,
capill. ven.

} an. m. ij.

*rad. ireos sicc. liquiritiæ an. vnc. s. fiat
omnium decoctio in s. q. aquæ communis,
colatura fortique expressioni, adde.*

<i>ol. sulphuris,</i>	<i>scrup. i.</i>
<i>aceti scyllitici,</i>	<i>vnc. v.</i>
<i>sacchari albi,</i>	<i>lib. i.</i>
<i>mellis albi,</i>	<i>vnc. vi.</i>

Clarificetur albumine oui & coqua-
tur ad syrapi crassitiem, cui sub fi-
nem adde tantillum croci & pauxil-
luna

lum cinamomi. dissolutam eiusmodi
 crassam materiam, pilulis catholicis
 quater repetitis optimè purgauimus,
 eumque pristinae sanitati ferè tunc
 restituimus: verùm cum paulò post
 nonnullis mali prænuncijs morbum
 adhuc consistere, stationemq; non-
 dum omnino deseruisse cognitum
 esset, pilulas catholicas reiteraui-
 mus, granis aliquot trochisc. alhan-
 dal additis: Item ne fluxio iterum in
 pulmones irrueret; ijdemque pulmo-
 nes robore firmoque præsidio muni-
 rentur, tabellulas ex floribus sulphu-
 ris ad tempus ipsi præscripsimus.
 quibus blandis remedijs omnem
 asthmatis molestiam longè à se pro-
 pulsauit; annos septem ab eius-
 modi tetri affectus curati-
 one viuens, penitus
 immunis.

 CVRATIO XLV.

De Asthmate, & Hydrope.

FRANCISCUS Monardus annos triginta tres natus, ad plateam in officina della Rosa alutarius, duplici affectu lecto moribundus iacebat, asthmate videlicet & hydrope. Asthma non diu solitarium existens hydropem in socium sibi ascivit, nullaque de causa, quam à continuis vigilijs, & immodica potus ingluvie, cum enim asthmate noctu diuque premeretur, omnem cibum auersabatur, vigilijs insuper assidue confectus, sitim ingentem contraxerat, unde larga potatio: at iecur tot cruditatum & humiditatum prouentum conficere haud valens, loco laudabilis sanguinis, pituitam, & aquas ingenerabat, a quo hydrops. Asthma ortum ducebat à nimio crudorū vsu, ea enim sursum sublata facili-

ne-

ANDEGAVENSIS. 129

negotio in pulmones irruunt, vbi
 obstructions facile pariunt, à quibus
 asthma. Indicationes in his commi-
 xtis affectibus multiplices erant. In
 Asthmate vt primario affectu & ma-
 gis urgente, materiam crassam & vis-
 cidam incidere, attenuare & purga-
 re. In hydrope, obstructos meatus re-
 ferare, naturales partes excalescere,
 & flatus dissipare. Et quia anhelitus
 difficultas eum vehementer urgebat,
 ipsi breue & momentaneum requiri
 remedium iudicauimus, infarctos
 pulmones vomitu non nihil suble-
 uans. quapropter esulæ & asari extra-
 cta ad instam dosim statim præbui,
 quo plurimum pituitæ per os excre-
 uit, item per aluum non parum: siti
 postea hydropis parenti & altrici,
 sulphuris liquorem acidum præstiti-
 mus, cum conferua rosarum. Hy-
 dropis indicationes sulphure nostro
 hydrotico facillimè absoluimus,
 nam meatus vbique obstructos ape-
 rit,

F

rit,

rit, calorem in fitum auget, renum vim, facultatemque expultricem consopitam irritat, si quæ sint in visceribus durities, vel tumores emollit, & discutit, aquas tandem & cruditatem omnem optimè conficit & dissipat, citra omnem molestiam, sed semper cum leuamine certoque auxilio.

CVRATIO XLVI.

De Singultu lethali.

Petro de Magis Sartori in via di val di Loza annum circiter quadragesimum quintum agenti, acutissima febre circa vndecimum diem laboranti frequentissimus & vehementissimus singultus obuenit. febris fuit in principio ardentissima eodem in statu ad II. dies perseuerans, quæ diarrhœa veluti critica superueniente soluta fuit. at cum læta & pacatiora viderentur omnia, ecce im-

immanissimus & forte inauditus singultus, quo totum corpus eum in modum concuteretur, vt ne momentis sibi respirandi daretur facultas, nec itidem efferendæ loquelæ vix spacium esset, quo terrore triduo ferè detentus multa calida tum simplicia, tum composita, opiata item, philonium, theriacam & similia frustra accepit: suppressa diarrhœa & per aliquod spacium, tetrici affectus violentia, opiatum medio, paulò post in animi deliquium incidit; quo in statu cum de eius vita conclamatum esset, accersor & ego rebus in angusto positus, lethaliq̃ affectu deprehensus, melius duxi, in simili casu aliquid antiquis inexpertum, ratione tamen probatum, vsurpare, quàm mordicus eorum inuentionibus solùm inhærēs ægrum sine remedijs deferere. Itaque mali fomitem ab inanitione & acri humore ventriculi fundum irritante exploratum, stomachico nostro

specifico *sum mouere* decreui, & maxime purgationi nullo loco existente. dato quippe dicto remedio, bis in die, affectus sensim mitior factus est, continuato vero dicti remedij usu ad octo dies, dirum & lethale hoc malum planè euauit, sanitatemque ab eadie, septennio decurrente feliciorum consequutus est.

CVRATIO XLVII.

De Epilepsia.

POlonia Ioannis Maccaferri filia annos II. nata, à tribus annis Epilepsia hæreditaria frequenter vexabatur. huiusmodi morbi talis erat insultus. Paulò ante inuasionem, quandam oculi caliginem præsentiebat, & tunc humi derepente conuulsa procidens, ad dimidiam horam veluti mortua sine sensu, brachijs & cruribus distentis iacebat

bat, spumam ex ore fundens, & præteriti casus à morbo expergefacta immemor est ipsa, insuper exoluto paroxyfmo, solutisque musculis aluum deponebat. hunc porro affectum traxerat à patre tanquam hæreditarium, ideoque tanti affectus causas vlteriùs perfcrutatus, comperi patrem nedum in Epilepsiam, verùm & crebro in mentis alienationem incurrisse, eaque alienationis specie detineri, qua correpti, lunatici vocantur.

Cuius nominis rationem non aliunde euenire mihi persuadeo, quàm à motus ordinatione, eò quòd pluries obseruatum aiunt, eiusmodi affectum certis lunæ coitionibus & quadraturis moueri & excitari: malletem tamen rationi feminali id tribuere, quàm obscuris, & à nobis remotis causis, ne dicam vanis & infidis, nec moramur quicquid in contrarium obstrepant alij. tanto affe-

Et libera euasit isthæc puellula, saturnina magnesia ter assumpta, qua plurimum pituitæ & bilis porraceæ euomuit: eiusmodi saturninam magnesiam per calcinationem ad hoc paramus, de qua in nostra Pharmacopœa Spagirica in 3. cap. de stibio. uiuit ipsa septennio à cura elapso citra ullam morbi suspicionem.

CURATIO XLVIII.

De tertiana febre cum suffocatione.

Nobilis Dom. Magdalenæ de Crescimbenis filia nomine Hippolyta, annum decimum quartum suæ ætatis agens, sub canicula vehementissima febre tertiana cum tetrico symptomate suffocatorio acerbè diuexabatur. huius grauiissimi symptomatis tanta vis & pernicies erat, ut eo instante paroxysmo spiritum iam iam efflare crederetur.

tur. contingebat dirum hoc sympto-
ma initio rigoris in præcordijs va-
lidam & intensissimam oppressio-
nem præsentiens, vnde conijcere li-
cuit, illic mali fomitem delitesce-
re. Quapropter specificum nostrum
stomachicum, cum aqua cinamomi
exhibendum certa indicatione con-
ieci; quod non frustra, eo enim bis
exhibito cum antipyreto nostro, fe-
bris & symptomata confestim eua-
nuerunt, nec mirum, nam vbi magna
morborum vis & impetus, ibi, cita
mors, aut victoria læta. interea hic
mihi in memoriam reuocandum sub-
ijt, quot ægri tali symptomate
occubuerunt huius medica-
menti priuatione &
ignorantia.

 CVRATIO XLIX.

*De Causonide, Ardenti febre dicta,
cum vehementissimo ardore
ventriculi.*

CÆsar Agucchius annorum
25. in domo admodum Illu-
striss. Dominae Ludouicæ de
Poggijs, ardenti febre, cum anhelitu
gravi & ardore ventriculi, acerbè
conflictatus, ad quatuor diem sine
remedijs perstitit, quinto cum valde
cacochymus esset, sequentem potio-
nem accepit. *Rec. manne calabrinae,
syrupi rosati fol. an. vnc. ij decoct. flor.
& fruct. cord. cum drac. i. senæ. q. s. fiat
potus*, quo medicamine multa bilio-
sa excreuit, sexto die viribus mini-
mè suadentibus non fuit detractus
sanguis; septimo augetur anhelitus,
parique modo cætera symptomata
mirum in modum creuerunt, crocæ
vrinæ apparent, lingua item nigrore
per-

perfunditur, scabraque redditur, octavo die cum ventriculi ardor & anhelitus magis premerent, eumque ad extremum ferè adigerent, cardio potu hunc in modum ipsi prospeximus.

*Rec. pulueris dia margariti frigid.
drac. i. syrup. de papauere nig.
vnc. i.*

aqua acetosa, vnc. vi.

succi limonum, vnc. s.

Misce. hora à potu quieuit, & ventriculi ardor & dolor inde ortus cessauit, totaque nocte dormiuit, exacta vero vi soporifica potionis, quod fuit circa decimam horam ab assumpta potione, eadem reuersa sunt symptomata, quare superuenienti nocte eandem potionem reiterandam iussimus. interim natura pugnam minimè deferens, sudores mouit, circa vndecimum, morbumque planè subegit. iisdem diebus alios ægros febris omnino simili cum iisdem symptomatis.

F s

matis.

matis, eiusdem potionis cardiacæ
 vi & beneficio feliciter sanauimus.
 quo argumento medicos quosdam
 timidos. narcoticorum vsus & facul-
 tatis ignaros monere cupio, ne futi-
 li suo ratiocinio plecti, eiusmodi
 medicamentorum vsum refor-
 mident: qui laudana & alia opiata
 norunt, hæc, vel illa, vsurpare pos-
 sunt.

 CVRATIO L.

De Pleuritide in Septuagenario.

Per illustris Dominus Augusti-
 nus de Poggijs, S. Stephani E-
 ques, ann. 70. natus, grauissi-
 mo & acerbissimo lateris dolore
 cum ardentissima febre correptus,
 hunc in modum sanitatem consequu-
 tus est. Dolori vt magis vrgenti ad
 Hippocratis normam folum sequen-
 tem præscripsimus.

Res.

Rec. fol. Malua,
 Violarum,
 Prassij albi,
 Camomilla,
 seminis lini,
 Fœnugreci,

An. p. aq.

bull. in s. q. aqu. communis, quo dolore paululum sedato linimentum, ut peracto fotu illineretur, admisimus.

Rec. butyri recentis.

Ol Amigd. dulc.

Adipis gal.

An. vnc. ij.

Misce

f. linimentum. Dolore placato, multoque pure circa 4. diem excreto, febris omnino recessit, quæ paulò post diebus 6. vix elapsis reuerfa est, vnà & lateris dolor, vnde mortis subsecuturæ haud parua suspicio. tertio vero die multum sanguinis expuit, simul cum puris aliqua portione, febre penitus cessante, atque dolore & alijs symptomatibus. In hoc affectu, nullis prorsus vfi sumus remedijs, nisi maturantibus, & expectorationem

F 6

promog.

promouentibus, sic naturæ sagacitate potius quam artis regulis opus perficiendum duximus, cum autem iam annum elapsum incolumis vixisset, & ab omni mali pernicie tutus esset, noua pleuritis prima vehementior eum adoritur, & mox quinto die remedijs etiam opportunè factis, fatis cedere coactus è viuis recessit. eius caduere ad aperto, sinistri lateris, vbi dolor magis eum vexabat, pulmones suppuratos comperuimus.

CVRATIO LI.

De Catarrho falso incurabili habito.

DOminus Hieronymus Tamburinus bibliopola annos 45. natus, catarrho falso impetitus, sub trium medicorum cura infelicem, & acerbam vitam biennio exegerat, modò purgationibus vulgaris, & phlebotomijs excruciatu, modò

modò ligni guaiaci diætis, nunc viperarum iusculis, iulepis, syrups & alijs ad nauseam assumptis: mitto capitales, conseruas, confectiones, morcellos, pulueres, enemata, & plurima alia: tet enim inconstantia fluctibus eius sanitas ferebatur, quot eiusmodi medicorum opinionum scopulos offendebat, morbus tandem erat notissimus, alopecia à catarrho falso producta, cum asperitate, & siccitate cutis capitis, quas leuissimus herpes cutaneus breuibus interuallis concomitabatur. Interim dum catarrhi eiusmodi fomitem extirpare contenderem, atque de remedio apud me plurimùm excogitassem, latens ventriculi imbecillitas à tot medicaminibus orta mihi innotuit, cui ante omnia occurri enixè petit. Itaque morbi essentia in principio curationis neglecta, ventriculo vt subueniretur, tanquam publico & valde necessario instrumento, statim

prospexi, quòd quidem felicissimè
præstitit nostrum specificum stoma-
chicum, nostrum, inquam, quòd ne-
mo hucusque de eius usu & facultate,
quod scimus, mentionum fecerit :
medicamentum est gratissimi
& suavisissimi saporis, suas vires ex-
erit sine manifesta alteratione & in
exigua portione exhibitum, ad eam
verò falsedinem è corpore extur-
bandam, decoctum melanagogum
ligno saffrafras addito per 20. dies
dedimus. victum præscripsimus ple-
num, de consueto ferè nihil immu-
tantes, ab acribus, falsis & piperatis,
item acetarijs, caseo & alijs mali suc-
ci abstinendum tantummodo ipsi in-
diximus, hisque paucis intra 25. di-
es, pertinacissimo & ab alijs medicis
proclamato incurabili morbo, liber
omnino evasit. septennio à cura hac
mortuus est sub aliorum cura, ob
tertianam simplicem malè curatam.
sic multis contigit, qui à me ex gra-
uissi.

uissimis morbis sanati in aliorum
manibus, leui morbo pereunt.

CVRATIO LII.

De Carcinomate.

Benedictus de Picininis Sartor
annos 60. natus, nella corte
delli Gallucci commorans, in
medio labri inferioris horridum &
formidolosum cancrum patiebatur,
oui gallinacei crassitie, acutissimo,
pungentique dolore per interualla
molestum, à quo multum sangui-
nis sponte, aut si tantillum casu
tangeretur effundebatur: eiusmo-
di tumor à biennio coeperat, per-
exiguam vesiculam primùm conci-
tans. hinc ratus ipse nihil noxij ea in
vesicula subesse, incuratam longo
tempore reliquit, at inualecente, sig-
nisque veri cancri apparentibus, nul-
lus medicorum eius curam susci-
pere ausus est. Et eandem supplex in
lachry-

lachrymas ad nos prorumpens, diuinum auxilium per me reposcit. Cognito morbi genere, præmissa leui purgatione, affectum locum oleo mercurij perunximus, vnde lancinans dolor parum mitior factus, salutis spem pollicebatur, nec frustra. ter enim eodem oleo perunctus, cum oleo antimonij aliquando admixto. tumor omnem vim & ferociam amisit. primò siquidem rubens erat, durus, subtilique fumo circumlitus: hinc aspicientes terrebat, formidolosus. tamen eiusmodi dolor breui vnctionibus pluries repetitis totus excidit, radiculis eò loci inhærentibus, atque iisdem oleis penitus subactis, quod supererat vlcus, facile coaluit, Emplastro diapalmæ admoto: viuit nunc felix, quinquennio à cura exacto.

Oleum Mercurij non est cuiuis notum, multiplici via paratur, vti & oleum antimonij, optimum, & ad
extrin-

extrinsecos vsus accommodatum
 subtile est admodum & corpora quę-
 que densissima facile penetrat. ho-
 rum præparationem in peculiari no-
 stro de secretioribus medicamentor.
 præparat. & vsu docuimus lib. 1. in no-
 stra Pharmacopœa Spagirica.

 CVRATIO LIII.

*De phagedanis vlceribus vtrumque genu
 obsidentibus, cum neruorum retracti-
 one, febre, vigilijs & alijs.*

CATHARINA Camilla Taro-
 ni muratoris vxor annos tri-
 ginta quinque nata, in via vul-
 go delle Vinaccie à sequianno lecto
 clauda iacebat, ob foeda vlcera in v-
 troque genu oborta. adhæc accede-
 bant lenta febris, vigiliæ, dolores,
 inappetentia, & marcor totius cor-
 poris: tot malorum concursus à ca-
 tarrho falso humoreve simili per
 totum.

Totum corpus luxuriante originem certò trahebat : is enim falsus humor eas in partes vt imbecilliores irruens , carnes inibi arroserat , magnum dolorem & foetorem concitans, à dolore subinde alia progrediebantur symptomata , à quibus ærumnis morborumque procellis infelix mulier sequenti methodo subleuata fuit: ad catarrhum falsum summouendum decoctum catholicum purgans melanagogum, vt in libello nostro Præparationum habetur, ad viginti dies præscriptimus, quo peracto vnguentum mundificans ex therebintina, vitellis ouorum & cera ad nonnullos dies admouebatur : mundificato vlceri rubrum vnguentum adhibebatur, quo vlcus cicatrice citò obducitur, & eo temporis spatio singula quæque symptomata cessarunt, redijt pristina sanitas, & ambulandi potentia.

CVRATIO LIV.

De Asthmate inueterato.

Iacobus Bontanus vir quadragenarius in foro boario commorans à 9. mensibus sub curâ trium medicorum ex leui stomachi affectu in molestissimum asthma incurrit, cum principio hydropis, ob refrigerationem ventriculi, pituita eo redundante, sputum copiosius, & inappetentiam, medicamenta purgantia sub varijs formis accepit, item oxymel, iulepos, iuscula alterata, & alia, phlebotomia de more pluries celebrata; quibus infeliciter, & contra artem factis in grauissimum asthma incurrit, propterea alium medicum seligendum curauit. At isto nihil feliciùs agente, tertium iterum aduocat, qui gallorum iusculis curam aggrediens, ægrum pene ad mortem deduxit,
in.

incauti omnes Hippocratis & Gale-
 ni semitis planè digressi : vnde mi-
 rum non est, si in turpissimos hos er-
 rores facilè incurrant . consimiles
 medicos extrinseco apparatu alteros
 Galenos diceres, consenuerunt in ar-
 te, & publico stipendio docendi mu-
 nus iam dudum susceperunt : quis
 non veneretur aspectabilem eorum
 maiestatem? quis non fucata elo-
 quentiam & subtilem dicacitatem
 vernaculis, si nō latinis verbis comp-
 tam? taceo alia maiora, vt ad nos re-
 uertar. Hippocratis trita est senten-
 tia *πῶπανα φαρμακείειν καὶ κινέειν μὲν
 ὤμα* . concocta medicari & moue-
 re non cruda. isti contra nulla hu-
 morum coctione præmeditata ; sta-
 tim purgantia præscribunt : aut si
 de ea cogitent, eam satis aggredi pu-
 tant, si quædam oxymelita, syrupos,
 iuscula, aut similia ad 5. vel 7. dies
 adhibeant : dum hæc peragunt, ven-
 triculo negotium facessunt, naturæ
 mu-

munia ad sui ipsius tutelam disposita auertunt, & noua concitant symptomata. Etenim ventriculo magis refrigerato, & naturali œconomia à munere distracta, plus humiditatis, pituitæve coaceruatur. Quæ in pectore redundabat, asthma producit, in abdomine, tumorem, quem & hydropem appellant, facto inde anhelitu graui præ vitalium partium oppressione, noctes ferè semper insomnes traducebat, nec solum vigilem in lecto iacere compulsam, verùm & erecta ceruice, aut per cubiculum tota nocte stare, & deambulare.

Huius Asthmatis coniuncta causa erat, catarrhus in pectore redundans: antecedens, naturalium partium refrigeratio: ad quæ duo methodum nostram dirigentes, ad catarrhum exhauriendum & ad ventriculum roborandum aliasque naturales partes in pristinum statum restituendas: quæ

quæ duobus remedijs facillimè absol-
uimus : pilulis nostris catholicis , de
quibus in nostro de secret. med. præ-
parat. & lacte sulphuris in rotulis ex-
hibito: bis absolutis hydropi eadem
via prospeximus , sulphur metallo-
rum aliquando exhibentes.

CVRATIO LV.

*De rara hæmorrhagiæ specie per omnes
corporis meatus erumpen-
te, & alijs.*

INauditam & plane portentofam
hæmorrhagiæ speciem contraxit
per Illustris Domina Semidea
Poggi de Zerijs dum ætatis fuæ an-
num circiter quinquagesimum age-
ret. exorta est autem eiusmodi hæ-
morrhagia fenfim & à latente causa
ab omnibus ferè corporis hiatibus,
ore, naribus, vtero, & aluo : per al-
uum & vterum copiosius, per os & na-
res

res minùs & segnius, atque tantùm per interualla: fluxit sanguis ad octo dies nullo adhibito remedio, nisi pauxillo coralli vulgariter præparati, ad duas libras circiter in die: hoc fluxu fracta viribus & maximo languore cum animi crebris deliquijs feminamortua me aduocandum curauit. singulis ad pensum examinatis corallorum tinctura eam refici curauimus, interdum mane ipsi porrigentes ad drac. s. pulueris ranarum: quibus facillimè constitit sanguis. Causa verò nondum sublata paucis post diebus idem fluor, sed mitior reuertitur, symptomata haud leuia secum adducens, calore enim exhausto ob penuriam sanguinis, quicquid intus ingerebat, in pituitam succosue crudos corpori alendo inidoneos vertebatur, & potus peruicaci sua velocitate, & penetratione licet crudus exinanitas venarum cavitates vt repleret, eas promptè subibat, vnde confertim
tur-

turgidum corpus, & leucophlegmaticum redditum fuit, cui pari celeritate successit litis ingens, mira inappetentia, febris lenta, ventriculi dolor, vomitus & alui constipatio.

Qui morbi & symptomata nobis haud parum timoris attulerunt. verebar ne caloris defectu medicamenta in actum non deducerentur: cæterum sanguis ex quacumque exeat parte semper malum est, dictante Hippocrate & usu probante. Indicationes præterea, quas curatorias appellant, absolui posse vix credebam, eo, quandoquidem primarius nostrarum functionum opifex deficere, quo collabente tota humanæ molis fabrica diripi, & annihilari, illi quippe, quæ cum primùm dictum calorem adiuuarent, vti aurum nostrum diaphoreticum dedimus: paulò post specificum stomachicum ad aliquot dies, quo vomitus & ventriculi dolor, vnà & febris subacta fuerunt:

tumor

tumor pariter subalbidus toti corpori æqualis sensim euanuit. Cùm verò firmam sanitatem in longum minimè duceret, & paulò cibis assumptis nausea plerumque premeretur, & vi etiam syncope crebrò tentaretur; aliud subesse ratus forte alicuius partis corruptelam, vel aliud præter naturam computrescere, è quo vapor teter, & malignus expiraret: hinc post multa, enemate deturbati sunt tres calculi è superioribus intestinis, qui in rectum illapsi, dolores in pectine haud exiguos concitarunt, hos tandem maximis cruciatibus obortis feliciter excreuit, & confestim ipsa conualuit.

CVRATIO LVI.

De continua ardentique febre, &c.

SEbastianus Dominae Isabettæ de Blanchis factor, annos sexaginta natus, superioribus annis in

G

conti-

continuum & ardentem febrem incidit; cum vigilijs, vomitibus, siti, & alijs sæuissimis symptomatibus: huius morbi causam non nisi tempestatis conditioni, atque eius vitæ consuetudini referendam existimaui. Etenim tunc temporis multi eadem febre corripuntur, & ij præsertim, qui tali & tali victus regimine vtuntur, atque qui tali temperamento donati sunt (de quibus alibi futius dicturi sumus) In hac febre curanda, præter communes indicationes, vomitus & ventriculi dolor ætati cõiuncta; alia, quàm communi via incedere nobis fuit consilium. Itaque ventriculo tanquam publicæ parti primùm esse prospiciendum statuimus, atque calori insito in quantum nobis erat suppetitas ferre, quæ duo absolueri posse vnico stomachico nostro rati, id ipsum bis in die dedimus: ad febrem Antidotũ antipyreton sufficiens fuit alexipharmacum. In victu,
vino

viro albo vfi fumus, etiã in principio febris, contra vulgarium medicorum sententiam, aduersus quos mihi sufficiat opponere diuinum Hippocratẽ, Galenum ipsum, & recentiores nonnullos, item rationem ipsam, & communem consuetudinem: nõ omnibus conuenit aqua, nullius est nutrimenti, ventriculo, & hypochondrijs grauis, obstructions parit & insensibile trãspirationẽ cohibet: de vsu vini in omnibus febribus legite Hippocratem, & obseruate ipsum in omni febre vinum exhibere, in continuis & intermittentibus. Item Galenum legite ad Glauconem, is non modo vinum verum & diatriumpipereum, diospoliticum, & alia longẽ calidiora.

 CVRATIO LVII.

De Carcinomate in labijs, aliàs, noli me tangere in septuagenaria.

D Omina . . . D. Ioannis Antoj
 G 2 nij

nij de Righonis vxor, in via, quæ vulgo dicitur, il Borgo di strà Maggior commorans, super inferioris labij extremitate prædurum tumorem, liquidum & exiguum admodum ciccris instar ad aliquot menses perferebat: huiusce tumoris curam negligente ipsa, omnia symptomata horrendi carcinomatis apparuerunt, vt dolor lancinans, & peracutus, calor feruidus & mordax, & per interualla hæmorrhagia insignis. ad eius curam nonnulli medici aduenerunt primò, suaserunt omnes, ne curam, quam vocant curatoriam, aggrediatur, verùm in palliatiua persistat: at ipsa nõ verbis, sed factis opus esse iudicans, curatoriam per nostras manus feliciter amplectitur: in qua peragenda locus localiter opitulari nos docens, partem affectam balsamo mercuriali bis in die inungendam statuimus, & hoc vnico præfidio miraculi instar sublatu est tumor, radicibus eius iam
altè

altè defixis in totum auulsis.

Ante localis eiusmodi medicamenti applicationem iusculum sequens præmissimus.

Rec. radicum lapati acuti, prolipod. querci. an. vnc. i. s. fol. melissæ, pimpinell. boraginis, fumarie an. m. j. epithim, senæ an. vnc. s. anisi drac. i. huiuscemodi iusculum capiebat singulis diebus mane per 3 dies. ab hac cura octennium peragit, optima sanitate gaudens: interim si palliativa contenta fuisset, vt monebant alij, quam horrendam ante obitum pertulisset vitam? quos cruciatus, & quas miserrimas experta?

CVRATIO LVIII.

De vomitu, lienteria, & febre continua, ab aqua chrysulca epota, concitatis.

D Omina . . . Domini
 Andreæ de Cantoffis vxor an-
 G 3 nos

nos ꝑꝑ. nata, dum æstiuis diebus in-
 exhausta siti premeretur, aquam for-
 tem, quam chrysalcam vocant, pro
 vino incaute bibit, à qua nauseam,
 vomitum, febrem continuam, & dy-
 senteriam reportauit: cùm verò tunc
 ruri diuersaretur, ibi medicorùm in-
 opia remedijs ruralibus ad 3. vel 4.
 dies vsa est. At inualecente morbo,
 dysenteria potissimum, & febre, fa-
 ctum est, vt ad ciuitatem adduce-
 retur: ibi cum primùm lac. amigd.
 dul. cum terræ turcicæ gra. ʒ. de-
 dimus: noctu theriacam ad scrup. ij.
 cum granis aliquot dictæ tetraë sigill.
 sequenti mane lac vaccinum chalibe-
 atum cum ceræ flauæ drac. j. pauxil-
 lo nucis moscatæ & dictæ terræ lem-
 niæ addito. Extrinsicus fotum ex
 absinthio, mentha, rosis siccis, mace,
 nuce moscata, & alijs præscripsimus:
 febrem tanquam symptomaticam
 negleximus, vinum rubrum ipsi con-
 cedentes, succos carniū veruecis, &
 alia

alia ventriculum roborantia, præcipuo affectu ita suadente, necnon ægri viribus ita postulâtibus eo in statu per tres dies mansit, in quo singula quæque vomebat, purulenta per alvum deiciens cum ferolis multis, ea tandem methodo probè conualuit.

CVRATIO LIX.

*De febre continua cum gravissimis
symptomatibus.*

Illustris D. Iosephus Scadinarius annos 24. natus 5. annis exactis dum ruri diuersaretur, febre continua de genere biliosarum, cum vehementissimo capitis dolore, siti inexplebili, anhelitu graui & alijs corripitur. In vespere aduocatus, dictum Dominum æstuantem, magnis angoribus & supradietis affectibus tri-duo oppressum inuenio: eiusmodi febris causa fortè erat immodica

Venus, aut intemperata victus ratio, voluptuaria, vtpotè cui tunc plùs iusto indulgebat : plethoricum esse corpus, & ob prægressa, & ob eius naturalem ad eam propensionem certum erat.

Sic ipsum necessariò purgare, tam per venæ sectionem, quàm per alui subductionem, indicatio communis erat: nos tamen cita virium deiectione cognita, & eius antipathia in medicamenta expensa, aliò nos vertere ratio impulit. Itaq; vi & facultate antipyreti nostri in memoriam reuocata, eò dictum Dominum breui sanare posse certò sciens, ipsique futuram breui sanitatē polliceor, quod equidem fælicissimè præstiti; etenim ab hora alexipyreti dati affulsit optatæ salutis indicium, somno placidè agrum excipiente, in quo, blando madore oborto, febris in totum recessit.

CVRATIO LX.

De insigni hæmorrhagia per nares.

Dom. Iacobi de Righis mercatoris filius, annos tunc 15. natus, ab aliquot mensibus quartana febre vehementer detentus, hæmorrhagia insigni correptus fuit, cui occurrendo alter medicus multa incassum tulit, è brachio sanguinem mittēs, emplastrica, frigida, & astringentia fronti & naribus admouens, non omisis interea ligaturis validis, & alijs, quibus vti consueuerunt in similibus. his penitus explosis ad causam nos conuertimus, spiritus videlicet sanguinis impetum inhibentes, ad quod pil. laudinas ad g iij. cum g. xj pil. catholicarum dedimus: harum vnica dosi & hæmorrhagia & quartana propulsata fuit.

 CVRATIO LXI.

*De vehementissimo & efferatissimo
alui fluore.*

DOminus Antonius da Ben
Notarius annos triginta tres
natus, sub siue Septembris in-
aspectata, & portentosa diarrhoea
correptus fuit, in qua per integrum
diem supra 40. libras materiæ sero-
sæ eiecit, à qua euacuatione, faculta-
tes naturales, & vitales adeò prostra-
tæ fuerunt, vt iam iam vitam cum
morte mutaturus videretur, sine pul-
su, cum facie hippocratica, & extre-
mis valde frigidis: cum autem circa
meridiem ad eum aduocatus fuerim,
morbi causa probè cognita, de viri-
bus instaurandis tantùm solliciti fui-
mus; eaque de causa ventriculo su-
pramodum deiecto, & cibos omnes
auerfanti sequentem fotum admoue-
ri curauimus.

Rec. fol. absinthij sicc. mentha, calament.

MA-

maior. an. m. i. fl. rosarum, stacados an.
 p. i. mastiches, macis, schœnãthos an. scrup.
 i. sint decoct. in s. q. vini rub. fotu pera-
 ctolocus inungebatur ol. absinthii, nucis
 moscat. Intus offas vino rubro made-
 factas cum saccharo obtulimus: cæ-
 tera quæque respuebat, eorumque a-
 spectum perhorrescens cuncta euo-
 mebat, dictis offis diutius in ventri-
 culo manentibus: dum hæc peragerẽ-
 tur, litus sit calidus in toto abdomine
 cum oleis cythoniorum & mastiches:
 nocte appetente animi expiationi at-
 que cõscientiæ emungendæ totus de-
 ditus, primam noctis partem sine re-
 mediorũ suffragio trásegit, in secũda
 parte accepit potionem sequentem.

*Rec. syrupi papau. nig. vnc. i. s. terræ
 turcicæ scrup. i. aqu. pimpinell. vnc. iiii.
 mixtis fiat potio.*

Mane sequenti accepit myuam cy-
 thonicorum cum dicta terra turcica
 & melius valuit, & tandem postera
 die probè sanus euasit,

 CVRATIO LXII.

De intensissimo dolore oculorum medicis deplorato cum alijs grauissimis symptomatis.

Oculus partium corporis nobilissimus, elegatissima & admirabili structura factus, in quo corporis spiritus ferè visibiles redduntur, in quo animi vires eminus cõspiciuntur. Præterea oculus, est hominis status lucidissimum speculũ, quo cuiuslibet nedum sanitatis, verũ & morum constitutionem optimè rimari licet. Etenim scriptum est, si oculus tuus simplex est; totum corpus lucebit. is est omnium partium doloris impatientissimus, nec citra rationẽ. Nam eo vexato, vexatur & totum animal, eius priuatione, vita humana infelicissima redditur, nec immerito. nam tunc vita non vita, sed mors ipsa cenletur. Per simile ferè comprobauit Perillustris Eques Dominus

nus

nus Galeatius Arioſtus, dum ſex ſuperioribus annis ex feruida fluxione acerrimum dolorem per ſeſquimenſem pateretur: cui vt occurreret, duos medicos toto illo tempore fruſtra conſuluit, imò parum abfuit, quin loco fanitatis vitam ab eo extorſerint, nunc reiteratis ſanguinis miſſionibus, nunc purgationibus varijs, ſanguifugis, cauterijs, veſicatorijs, & alijs tormentis, quibus cachecticus, & imbecillis factus, ultra dolorem acerrimum vigilias, inſignem animi mœrorem, ventriculi imbecillitatem, & alia complurima acquiſiuit. Cumque minùs de ſalute cogitaret, & ipſi indixiſſent medici, cum dolente oculo orbatum iri, vitam verò incolumem ſeruaturum: Aduenit amicus qui eius forti compatiens, de nobis, noſtraque facili medendi methodo plura ipſi diſſeruit. hunc ergo enixè flagitat, vt is cum primùm me in eius auxilium aduocet: quo facto,

morbi specie, causis & affecto loco ritè examinatis, necnon ægri conditione & statu cognito, breui sanitatem ipsi polliceor.

Imprimis dietam, quam humectantem & refrigerantem seruabat ex aliorum medicorum iudicio immutauimus; loco aquæ vinum, loco lactis feminum melonum, & similibus inassuetorum, optima & eius naturæ consentanea edulia porrigentes.

Cùm verò eius sanitatem in vnico auro diaphoretico consistere, optimè cognoscerem, cauteria, setones in nuca, vesicatoria, frontalia, & sicca eiusmodi præsidia confestim tollenda imperaui: his explosis triduo vsus est præfata medicamine, & ecce optata salus; recedunt dolores, vigiliæ, a-pepsia, inflationes, rubores; sistitur fluxio, & citò pristinum robur recuperat. Hæc perdiscenda, non inuidentiæ liuore insectanda. Viuit tandem felix, sexenniò à cura elapso.

CVRATIO LXIII.

*De falso humore circa anum luxuriante,
hæmorrhoidibus dolorificis, &c.*

PER Illustris Dominus D. Ioannes de Zanis annos 45. natus à nonnullis mensibus catarrhum falsum circa genitalia, & anum patiebatur, huic grauiſſimo affectui debellâdo medicos duos seniores conſuluit: at hi, vt minùs agnoscerent morbi originem, datis inopportunè remedijs, hæmorrhoides dolorificas cum alijs grauiſſimis ſymptomatibus concitarunt: trimestri toto & morbi ſæuitia & medicaminibus nimio opere vexatus ad me tanquam ad ſacram anchoram confugit. Interea mirum dictu quot purgationes; phlebotomias, ſyrupos iulepos, iuſcula alterata, decocta exſiccantia falſæ, & ſimilium inutiliter exprobauerat. Nos ergo eiufce mali cauſam, non
in

in solam iecoris intemperiem, vt hodie Empiricorum moris est, verum in prauam renum constitutionem, ob quam excrementum falsum in corpore diu detentum. confimilia parere solet, reijcientes, aperientia, non refrigerantia esse adhibenda, statuimus. Re opinioni respondente, breui sequentibus sanitatem recuperauit. & primò quo pacto renes eiusmodi labe afficiantur dicendum. Sæpè ab immodica Venere, aut saltem eadem intempestiuè petita, quod debilibus plurimùm, delicatulis, senibus & certis temporibus, quibus ea in nobis languere solet, contingit. Euenit & his, qui crassis, lutulentis & falsis victitant; hinc expultrice facultate fracta, & renum meatibus obstructis falsum illud excrementum per venas remeare cogitur, & inde per resudationem ad cutem protruditur, vbi pro varia eius natura, aqua prodit, varios producit effectus: nunc enim

onim dissoluitur , nunc coagulatur;
nunc hanc, nunc illam induit natu-
ram; de quibus alibi. Itaque his omif-
fis ad præscripta medicamenta deue-
niendum. Primis diebus accepit tin-
cturam corallorum & specificum
stomachicum, vtrumque sanguinem
purgat & viscera roborat , & renes
præsertim . ne vero prima corporis
regio impura permaneret, decoctum
catholicum purgans & refrigerans
ad aliquot dies dedimus ; de quibus
decoctis satis in nostra Pharmacopœa
Spagirica dictum est. extrinsecus sa-
turni balsamus cum calcinato maiore
dulcificaro curam totam breui ab-
soluit . hæc est vera & inconcussa
medendi methodus, cui si quis inni-
titur, is vere canonicè & dogmaticè
mederi dicitur; qui secus agit, agyr-
tam & pseudomedicum se præstat.
Nos optimè alloquutus est Galenus,
dicens, si non tantum vobis residet in
pectore vt sitis boni Methodici, saltè
sitis boni Empirici.

 CVRATIO LXIV.

De fœda & horrenda scabie à multo tempore inueterata.

PER Illustris Dominus Scipio Blanchinus annos 33. natus, à nonnullis mensibus praua tetragecage cum deplorata scabie pessimè vexabatur: ad fœdum & molestissimum hunc affectum debellandum 4. præcipuos Bononienses medicos toto illo tempore consulit: ipsi eum de more purgant, & repurgant, sæpè phlebotomisant, assiduò refrigerant & humectant, tandem & exsiccant. In purgando vtramque bilem obseruant, phlegma falsum enumerant, calidum iecur incusant, caput fluxionibus obnoxium prædicant, tandem expandunt singula, & tamen frustra, efferatior morbus redditur, & miserimè vitam inter pocula medica ducit. Prima vice aduocatus sciscitor ab eo, num præfati medici omnes ingenij neruos

neruos in eius sanitatem intendissent, maiora forte adhuc penes eos prostrare. hac de re vt eos iterū consulat, suadeo: ipsis iterum aduocatis, plura ad menses incassum experitur: purgant, repurgant, itidem phlebotomifant, refrigerant, humectant, abstemius viuit, hordeacea & similia fercula continuò vsurpat, à quibus ventriculus malè torquetur: in his medicaminibus tres menses infeliciter viuit. Pro secunda vice aduocor, & eum rursus moneo ne suos deserat medicos, non omnem mouisse lapidem tibi fatebuntur, non omnes medicinæ thesauros deprompsisse dicent, artis abdita penes eos latere non diffido. Credulus eos iterum accersiri iussit, aliud trimestre in præfata reiteranda inaniter terunt; miscent succos cichoriacos fero lactis, Guaiaci decoctum cum iisdem cichoriaceis temperant: exsiccante & attenuante viui hac vice vtitur, nec propterea quic-

quicquam opis. Iterum accersitus, affectum penes eos conclamatum obseruo, eum tamen rursus increpo, ne tam doctos, tamque artis peritos, & si Dijs placet, alteros Galenos à sua cura abdicet; quibus & maximus stimulus crit, si referat ipsis quomodo eum visitauerim, & dixerim quomodo facillime intra 15. dies eum sanare possem, & omni tempore, paucis & gratissimis, se tamen ab his potiùs sanitatem requirere, quàm à quouis alio. his impulsi curam de nouo aggrediuntur, omnia quæq; explent, superiora mutantur, exceptis phlebotomijs, & potionibus laxatiuis, quas frequenter reiterant: omnia susque deque miscent, calida frigidis, sicca humidis, cephalica thoracicis, thoracica cardiacis, cardiaca iecorarijs & spleneticis, balneis aquæ dulcis compositis & alijs vtuntur, & vltimò ab his malè vexatus, tanquam omni spe destitutus sub nostra cura intra
15. dies

ANDEGAVENSIS. 165

15. dies, vt retuleram, sanus euasit,
methodo non dissimili à supra cita-
tis.

CVRATIO LXV.

*De Paralyfi linguam, & brachium fini-
strum obsidente.*

AD M O D V M Reuerendus P. D.
Claudius le Page in Cœnobio
D. Stephani commorans an-
nos 47. natus, dum diluculo sacra
facturus surgeret, vix indutus Para-
lyfi derepente obsidetur, qua loque-
lam penitus amisit & motum brachij
sinistri, cum graui torpedine eo in
latere. confestim ad eum accersitus
auri nostri diaphorerici gran. 6. cum
aquæ theriacalis vnc. f. ipsi dedimus,
tunc paulatim loqui cœpit & mouere
brachium, in vesperis medicamine
reiterato, perfectè conualuit, exiguo
torpore affectis membris relicto, qui
& in totum propulsatus fuit, aquæ
antia-

antiapoplecticæ vsu de qua in nostra
Pharmacopœa Spagirica.

CVRATIO LXVI.

De Vulneribus capitis.

CApitis vulnera, dummodo fractum non sit cranium, sequenti methodo breui solidamus. Et primò vulnus simplex sine contusione manifesta, vt quod acie ferri factum sit, admoto oleo nostro balsamico bis in die cum gossypio vel filis cannabinis citissimè sanatur; cui vero contusio adest, vulnus aqua salsa cum vino rubro priùs eluitur, vt contusæ carnes oleum affusum facilius combibant: tum oleum vel cum gossypio, vel cum plagulis eo imbutis superimponitur, fascijs ad id opportunis ex arte admotis: quod si contusio sit valida, tunc triduo a vulnere inflicto mundificante & suppurante opus est. In omnibus, vulnus bis in die deli-

deligatur, atq; iisdem plagulis & fascijs communitur: occurrunt & nonnunquã alia symptomata, quibus vt prospiciat medicus, in practica physica bene esse versatum necesse est. Alia etiã via per aquam seu decoctũ, vulnerariũ vulneribus quibuscunque facillimè & citissimè mederi possumus: de his decoctis vulnerarijs in nostra Pharmacopœa satis apertè diximus.

Eiusmodi vijs sanatos complures in medium protraherem confirmationis ergo: at multi sunt & per soli integram Centuriam complere possent. Dominus Albertus Polsonus septennio elapso quinque vulneribus profundis à sicario clam acceptis, ea methodo feliciter curaturus fuit. Dominus Hercules Lucatellus, ingenti vulnere circumuentus à proditore pari methodo conualuit, Magister Ioannes . . . Sclopetarius eadem forte à proditore vulneratus, curatus fuit.

Vbi fractum est cranium metho-
do

do fere simili tractanda sunt vulnera, suppurantibus & mundificantibus citò adhibitis. terebra, & aliá chirurgica, quibus mali medici sæpius abutuntur, parcè vsurpare soleo, natura enim proprio motu extranea eijcere solet.

CVRATIO LXVII.

*De maligna febre cum sæuissimis
symptomatibus.*

DOmina N. Domini Herculis de Lucatellis soror, prope diui Sebastiani fanum, annos tunc circiter 24. nata, ardenti febre grauitè conflictata, inter grauiora symptomata triduo animi deliquio correpta, & mortuæ simillima iacuit: tetrico eiusmodi affectui grana iiij. lapidis bezoardici animalis adhibuimus, cum grano j. auri diaphoretici, dabantur in succo carnis,

nec

ANDEGAVENSIS. 169

nec alio cibo triduo enutrita fuit: his
ter reiteratis ad se redijt, interea cor-
dis regio bis in die fouebatur sequen-
ti epithemate.

Rec. pul. diamarg. frig. drac. ij.

granorum kermes, } an. drac. i.

corall. prepar.

croci orient. drac. s.

aqu. melissæ

borraginis,

acetosæ.

} an. lib. i.

vini cretici,

lib. s.

Miscebantur pro Epithemate: pri-
mis febris initijs per alterum medicū
purgata fuit, syrupos & iulepos item
accepit, quin etiam sanguis bis detra-
ctus fuit è brachijs: serò aduocatus nō
mihi licuit tātī symptomatis causam
in aliud reijcere, quā in prauum &
malignum vaporem ex hypochon-
drijs expirantem: redijt tandem ad
se illa, quæ ab omnibus mortua cen-
sebatur, viuit & adhuc ab eo tempo-
re decennio elapso.

H

CV-

 CURATIO LXVIII.

De vulnere in facie citra suturam curando; ubi iterum carnificina suendi vulnera exploditur.

DOm. Ioannes Baptista Bocchinus, cuius supra in prima nostra Centuria mentionem fecimus, à quodam proditore, cum quo familiariter versabatur & cuius famulatio quotidie utebatur, vulnus in facie, vulgò sfriso, accepit. Inflictum vulnus barbitonsor primus aduocatus, fuit pro more acu & filo, ipsique superimponēs album oui: postera die aduocatus, abscissis futuræ punctulis, oleo nostro balsamico totum vulnus circumdari curauimus, vulneris labijs priùs inuicem adductis; Et tandem quoad coalluerint dicta vulneris labia, quotidie vsus est dicto oleo.

Cur si paucis & facillimis tutiùs & certiùs ægros subleuare possumus,
 multa

multa infida ipsis morbis sæpius grauiora, tædij & laboris plena nos cogat vsurpare antiquitas, si medicamentū, non authoritas admoueatur ægris? Si experientia, & ratio, non opinio, artem efficit, cur contraria lectemur?

CVRATIO LXIX.

De lenta febre cum tussi, ventriculi imbecillitate, & alijs.

DOminus Martius Maluezzius ex Illustrissima familia Maluezziorum, annos tunc triginta natus, annis superioribus in duplicē tertianā incurrerat, à qua subleuatus habitum cacecticū, debilem & catarrho valde obnoxium reportauit; non sine flatibus, ventriculi refrigeratione, crebra expuitione, inappetētia, & quodam marcore: his malis, vt subueniret, medicos consuluit, qui vnanimiter chinæ decoctū ad mensē cir-

citer ipsi porreperunt. At medicamentum inappositè datum, morbos longè grauiores reddidit. Etenim accersitus dictum Dominum summo-perè emaciatum comperio, catarrho, inappetentiæ, flatibus & alijs symptomatibus magis obnoxium, febre item lenta per interualla nō rarò vexatum: tot morbis ex arte curandis, duas indicationes curatorias constituimus. Primam, viscerum obstructions referare. Secundam, succos crudos humorèsue incoctos conficere: quas indicationes nos tutò absoluerè posse ipsi indiximus, & non multiplicitate remediorum, vt empiricorū mos est, neque errabunda & fallaci opinione, qua plerique medicorū falluntur; verùm certa & cognita scientia, atque tantum vnico remedio, eo pacto, vt diu in eius vsu persistat; non enim diu contractos habitus citò immutare possumus, annuente ipso se in cura permanfurum, specificum
cum

cum nostrum stomachicum ipsi præstitimus bis in die, cum saccharo rosaceo: eo, febre sensim propulsata, & ventriculi robore aucto, cuncta melius obire cœpit: in eius usu persistens ea qua nunc fruitur sanitate viuit.

CVRATIO LXX.

De catarrho, febre lenta, virium imbecillitate à multo tempore contractis.

Dominus Ludouicus de Vrsis annos tringinta natus, ab aliquot annis, multis malis acerbè conflictatus, extrema ducere videbatur: omnium grauissimum erat insignis vetriculi languor: tot malorum causas tam externam, quam internam, ad prauam victus rationem prægressam, & imbecillam viscerum constitutionem referens. Curationis argumenta esse viscera naturalia cum pri-

munum roborare; dein fluxos & congestos humores tum in ventriculo & intestinis, tum in alijs corporis partibus, conficere & purgare: primas indicationes breui absoluimus specifico nostro stomachico, secundas decocto sequenti.

Rec. china electa in talleolas minutim dissecta vnc. s. salsæ paril. vnc. i. sassafras drac. ij. santal. drac. s. epithim. cuscut. senæ an. drac. v. anisi, coriand. prepar. an. p. i. fl. borrag bugl. melisse, betonica an m. i fl. violarum p. i. coquebatur omnia in optimo iure caponis

CVRATIO LXXI.

De ophthalmia.

VT non omnes ophthalmiæ ab vna eademque causa, nec item vno eodemque remedio curantur. Per illustriss & Excellentiss. Dominus Hercules de Marescottis 4. annis elapsis id maxime comprobavit,
is e-

is enim contumacissimam & dolorificam ophthalmiam incurrerat, quam contraxit ab aere ambiēti nimis calido & sicco, quo in tempore fluxio falsa & acris, qua prius detinebatur in summum irritata fuit: ea enim ab extrinseco impulsa, & ad oculos de trusa primum in oculo sinistro tumorē, & inflammationem peperit, ea remedijs paulò mitior facta in dextrū recurrit. multis tunc ex ordinarijs frustra adhibitis vti cassia, pilulis de agarico, coccijs, phlebotomia, &c. decocto purgante, & exsiccante intra paucos dies conualuit.

CVRATIO LXXII.

De praduro quodam tumore iam dudum inueterato in palpebra oculi enato.

S Cyrrhosos tumores dissoluere, non minùs arduum, quàm difficile, comprobant omnes, qui artem medicam exercent: sic eiusmodi tumores vel in carcinomata vertuntur,

tur, vel incurabiles fiunt. Superioribus annis venit ad me curandus, quidam Dominus Franciscus Limidus simili tumore affectus, cum autem ipse ad eiusmodi tumorem deformē, & molestum excindendum multos medicos frustra per longum tempus consulisset, nostra tandem ope intra 20. dies conualuit. Itaque ut densum, firmum & compactum eiusmodi tumorem osseum potius, quā carneum dissoluerem, corpore prius purgato, collyrium sequens admouimus.

Rec. stibij crudi, camphoræ, an. drac. s. tutiæ preparat. collyrij albi rhabis an. drac. i. aquarum solatri, plantaginis, rosarum an. vnc. ij. misceantur, & fiat collyrium, infundebatur collyrium bis in die inter adnatam & palpebram. Extra vnguentum hunc in modum applicatum fuit.

Rec. camphoræ drac. s. ceræ albæ vnc. i. ol. rosati vnc. ij. liquentur omnia simul,

tia, obtuso capitis dolore, & visus imbecillitate, amentia non erat perpetua, sed tunc ea correptus, multa absurda verbo & opere committere cogebatur, citra tamen violentiam: eam præcedebat grauis capitis dolor, cum sopore quodam permolesto: suscitari hunc dolorem à vaporibus, aut subtili & atro humore melancholico ex hypochondrijs ad caput sublato, certum erat, vnde & videndi facultatis peruersio. Indicationes quippe erant noxium humorem, è præcordijs deturbare, & caput roborare, quæ duo præstitimus decocto melanagogo & cephalico, prout in nostra Pharmacopœa Spagirica, atque oleo vitrioli balsamico cum consensibus caput roborantibus. viuit nunc à cura, liber, septennio elapsa.

 CVRATIO LXXIV.

*De hydrope ascite, in quo ventris tumor ad
immensam magnitudinem creuerat,
ab alijs conclamato.*

Nonnulli sunt morbi, aspectu
horrendi, formidolosi, & à
medicis immedicabiles habi-
ti. talis fuit presens affectus, quo labo-
rabat quædam ancilla Perillustris, &
Excellentissimi Domini Papiniani
Bombelli annos 45. nata. Etenim
ad eam perductus per admodum Il-
lustrem, & Excellentiss. D. Docto-
rem Mathasilanum, primo intuitu
se nobis obtulit mulier facie horri-
da, extenuata, suspirijs, & anhelitus
difficultate gemebunda, mortuis, &
resiccatis cadaueribus quàm simi-
lis, cum incredibili abdomine, cru-
ribus etiam ingenti tumore distentis,
nec nos propterea deterrebat mon-
struosus ille tumor, sed illa macies su-
periorum partiũ, virium imbecillitas,

anhelitus difficultas, & alia grauiſſi-
ma ſymptomata . aduerſus tam im-
mane monſtrum multa ab alijs me-
dicis adhibita fuerant remedia, & to-
to anni ſpacio , quo cœperat dicto
morbo detineri, his, & morbi mag-
nitudine ad extremum adductæ, &
omni ſpe deſtitutæ mulieri, Omni-
potens Deus, & miſericors ſic per
manus noſtras opem tulit. Primis di-
ebus ſulphur metallorum cum con-
ſerua roſarum bis in die dedimus,
quo anhelitum paulò liberiores du-
cere cœpit: viribus tantisper erectis,
ad aquas citiùs exhauriendas deuora-
bat alternis diebus tres pilulas ex po-
lychreſtis, & catholicis pōderis drac.
s. quibus referatæ ſunt obſtructiones,
communes viæ adaperatæ, & ſanguis
in vtroque vilcere rectificatus: vnde
priſtina ſanitas, atque ab illo die ſex-
ennio videlicet elapſo firma
valetudine potitur.

humana cogitatione alienum malignum genus, quinquennio elapso, inuasit Magistrum Ioannem N. textorem lanæ, in via, quæ vulgo dicitur strâ Castione propè portam Urbis, ad eum perductus per Dominum Virginium Piottum, patientem iuuenio vultu deformem, foetidum vaporem expirantem, squamis conspersum, totum etiam supercilijs ipsis, & adeò, vt foris oculis micantibus, non hominis, sed alicuius môstri facies videretur. Capilli guttulas aquæ assiduò fundebant, veluti è scaturigine profilientes. Et vt attentius corpus vniuersum perlustrarem, fenestris & cubiculi ostijs adaperitis vt foetidissimus ille vapor expiraret, aromatis etiam eo in loco combustis, tunc stragulis sublatis, atque corpore denudato, mirabile, nec dictu facile quo horrore percussi fuimus, videre diuinum animal hominem, tam sæua, truci, & abominabili plaga affectum, in quo cutis

fru-

frustatim è brachijs, tibijs & coxis decidens, carnem cute denudatam, novas squamas producentem relinquebat, perpetua corruptio & generatio cutis videbatur. Dira hæc plaga à planta pedum ad verticem vsque miserum incessanter affligebat: quo in statu trimestri toto stetit, antequam nostra ope vteretur: qui eum primo visitauerant medici, ipsum esse leprosum & ab hominum confortio remouendum aiebant. Certatim quis dixisset omnia humanæ miseriæ tela in eum vibrata fuisse: hæc enim omnia concomitabatur insignis pauperies, cum numerosa prole. Ad tam fœdum & horrendum monstrum debellandum specificum stomachicum cum granis aliquot auri diaphoretici dedimus, cum conserua rosarum. In ferculis puluere viperarum vtebatur, extra vnctione blanda ex balsamo metallorum facta, intra triginta dies
pri-

pristinæ sanitati restitutus fuit : qua potitus est ad quatuor annos; demum eodem affectu correptus, priori diligentia minimè adhibita miserè occubuit.

CVRATIO LXXVII.

De rara, mirabili & incurabili morbi specie, in Marco Marci filio pistoris prope ades D.D. de Barbatijs.

EN formidādum, mirabile, rarum & ordinarijs medicis incurabile morbi genus : hic fileant ignaui calūniatores, personati medici. Et vos deliriphormiones, qui corā optimis & exercitatissimis medicis de re medica inanes vestras leges proponere, atq; totius artis medicæ, verbis plusquā sesquipedalibus, nec minùs ampullosè officia distribuere, ac tandē Asclepiadeæ familiæ patronos, & summa artis fastigia tenere vnicuiq; vos turpiter diuendēre vultis: tota die præclara

clara aduersus catarrhū præsidia no-
 bis occinitis, eiufq; mille causas assi-
 duò effingitis; ah quorsum tot verba
 inaniter iactata pro catharris præscin-
 dēdis & auerruncandis? & ecce incipi-
 enti catharro in iuvene annorum 16.
 ne tātillū leuaminis afferre potestis;
 imò vobis, vestrisque præsijs inuitis
 ad tantam calamitatem perducitur
 æger, vt nemo mortalium cruces &
 tormenta, quibus incessanter con-
 flictaretur exprimere posset. satius
 ipsi fuisset inter mortuos computari
 quàm vlteriùs tàm acerbam vitam,
 & omni dolorum genere refertam
 traducere. Cœpit verò iste iuuenis
 initio veris articularibus doloribus
 vehementer cruciari, obsessis nimi-
 rum genibus, pedibus, vtrisque ma-
 nuum articulis cum poplite, & ischio.
 Primus medicus in eius curam ad-
 uocatus multa de more ipsi præscrip-
 sit, potus nimirum purgantes, iule-
 pos, apozemata, phlebotomiam, ius-
 cula

cula alterata, ligni Indici decocta & alia. Extrinsecus, litus, fatus, embrochas, cataplasmata, frictiones, cucurbitulas, cauteria in nucha & brachiis, & similes cruces. qui fuerunt dolores aliquantulum, quadragesimo die exacto, quo tempore dolores articulares spontè consopiri solent: & paulo post vix mense exacto iisdem dolores recrudescunt, propterea novum medicum accersunt, qui non felicior primo, multa adhuc irrita praescribit. Qua de re tertius aduocatur: hic priorū medel is omnino repudiatis, ad varia tum alterantia tum purgantia se contulit, victu exsiccante, & attenuante perbellè mutato, atque tum hordeacea, carnes elixas, oua forbilia, & alia pro assis, amigdalis tostis, pane biscocto. &c. Quid vero vltimus iste athleta profecerit, intelliges. Nodos in vincturis firmat; dolores magis atque magis auget, & morbo effractori facto, miserum in
in-

incredibilem matafsmum præcipitat, insuper quod omnem captum excedit, ossa omnia adeò contabuerant, vt ea infantium duorum annorū crassitiam vix æquarent: ossa ob dolorē continuum; & nimiam tendinum laxitatem è loco exciderant: manus & brachia, item genua & pedes propter tophaceos tumeres in articulis genitos contorta adeò erant, vt nullo pacto quis credidisset ea erigi, & in propriam constitutionem reuerti posse: rursus quod magis mirabile, & formidandū videbatur, caput toti corpori in malis ferendis consentiens, à iusta & naturali conformatione tam magnitudine, quam situ, mirum in modum descuerat, etenim cum reliquo corporis continuè cõtabescēs, perexiguum euaserat.

Primo intuitu, tanti morbi curam aggredi velle, temerarium, & audax facinus esse existimabam, nec nisi miseratione, & remediorum magnitudi-

nitudine suffultus, ad id vnquam adduci passus fuisssem . Causis tanti affectus consideratis, ipsum prius humectare , dolores consopiendo, incipio . ea de re primis diebus optimum iusculum pulli cum radicibus acori vulgaris parari iubeo, idq; mane & vesperi post prandium & coenam : matutinis horis aurum nostrum diaphoreticum dabamus cum conferua rosarum, quibus intra mensem optimam, & firmissimam recuperavit sanitatem . Videant illi qui corporibus foecibus expurgandis assidue incumbunt, propterea stercorarij dicti, similia si praestare possint. Scio eiusmodi medicos ab empiricis, agyrtis , & circumforaneis minimè differre: nec obstat si per corporum fordes, vt olim Vromantes, de morborum causis coram populo multavaticinentur : plebs his fascinatoribus delusa credula redditur.

CVRATIO LXXVIII.

*De dolore funestissimo per totum corpus
oberrante cum grauissimis symp-
tomatibus.*

NOua quotidie in hominum
perniciē vibrata esse tela cog-
noscimus. Ecce hac de re no-
uum doloris genus per interualla
Constantium barbitonlorem annos
40. natum inuadens: vagus is dolor,
nunc per carnes, nunc per articulos
adeo vehementer vagabatur, vt ne
per momenta quidem defereret æ-
grum, mirum equidem quā peruiaci
velocitate per vniuersum corpus ob-
erraret: 15. diebus elapsis in iuncturis
firmata sede ibi ingentes cruciatus
peperit cum tumoribus vt in arthriti
de consuetum est, inassueti eiusmodi
doloris causas aliunde, quàm à com-
muni medicorum sensu deducendas
esse iudicauimus; indicationes itidem
ab

ab his longè diuerfas : de quibus alibi
Deo fauente. Interim ad tam imma-
ne monstrum debellandum , pilulis
nostris catholicis vfi sumus: Catholi-
cæ hac de re dicuntur, quod in vni-
uersum quoscumque humores tarta-
reos fugent, & eijciant: aurum nostrū
diaphoreticum per vices dabamus,
ad transpiratum corporis promo-
uendum, & iuncturas roborandum:
locis affectis sæpè cucurbitulas perex-
iguas, vulgo cornetti, affigendas cu-
rauimus cum scarificationibus, & eo
tempore quo adhuc vagaretur dolor,
nam in iuncturis obfirmata sede, fo-
tus & embrochas vsurpauimus. Vi-
ctus in principio fuit refrigerans &
humectans, tandem sub fine deco-
ctum phlegmagogum, & exsiccans ad
15. dies accepit, quibus sensim sanita-
tem adeptus est. Sequenti anno iisdem
reuerſi sunt dolores, iisdem quoque
remedijs propulsati sunt; ne vero ite-
rum reuertereutur, pilulas catholicas se-

se-

femel in mense deglutiendas impe-
rauimus ipsi, quod præstitit ad annū,
nec à septennio redierunt eiusmodi
dolores, viuitque nunc felix optima
sanitate donatus.

CVRATIO LXXIX.

De multiplici febrium genere.

FEbris etsi affectuum communis-
sima, & frequentissima, omnium
tamen curatu difficillima : nam
licet infinitæ sub medicorum cura
quotidie sanantur, non tamen eorum
arte, sed spōte & naturaliter desinūt.
Cōtemplare quomodo minima pars
gentium vtatur medicis, & quo pacto
nullus sit mortalium febris tyranni-
dis expers, vide an horum minima
pars, medicorum absentia pereat. V-
niuersa Asia, Africa, & maxima
pars Europæ caret medicis, non
carent tamen febre, vbique com-
munis est morbus, eandem vbique
loco-

locorum seruat naturam, quod si quis obijciat illis in remotissimis partib., imò vbiq̄ue reperiri medicos, nec tã esse barbaram, & incultam gentem quæ proprijs medicis careat: at vtriusque disciplinam confer inuicem, vel hos vel illos non medicos comperies. Barbari inculti; literarum rudes, Hippocratis, & Galeni, & aliorum authorum inscij, per experimenta medicinam agunt. Nostrates vt plurimum bonis literis imbuti, Hippocratis, Galeni, & aliorum sectatores, per dogmata rationibus innixa medicinam agere profitentur. Sed hæc cõtemplatio huius nõ est loci. Dicamus ergò febres sæpè medicorum vulgariū disciplinam eludere, quod superioribus annis experta est Nobilis Dom. D. Isabetta Domini D. Augustini Pistoriensis, alias de Dondolis vxor. Etenim ipsa dum 20. annum suæ ætatis ageret, quatuor annis elapsis in simplicem tertianã incidit, circa initium

tium

tium mensis Augusti, cui subueniendo vsitata haud pauca remedia accepit, duobus medicis ad id conuocatis, quibus inuitis ea in semitertianā vertitur, aduersus quam multa ad nauseam vsque patrata fuerunt medicamenta, nunc potiones laxatiuas, syrupos, iuscula alterata, pilulas, trochiscos, & similia: febre tandem contumaciori facta, atque medicorum artem planè deludente, medicorum praesentiam perhorrescit aegra, affines enixè flagitat, vt eos procul à se amandent. Interea febre in hecticam versa, eam sine auxilijs deferere nolunt, meque in eius curam aduocant; At vt intellexissem odium quo medicorum aduentum exciperet, aliam personam induo, amici videlicet coniugis, & sic clam ipsa in scia edulij, & ferculis antipyreton miscebamus, quo breui febris & pertinaces obstructiones propulsatae fuerunt.

 CVRATIO LXXX.

De morbo raro, & deplorato.

Quidam factor Bononiensis Venetijs commorans annos 40. natus, nomine Hieronymus Barbiero, iustæ staturæ homo, alias sanus, & vegetus, tribus superioribus annis sub finem æstatis in læuitatem intestinorum incurrit, cui occurrendo, medici Veneti ope ad multum tempus vtitur: morbus tamen pertinax & rebellis, & ipse sanitatis impatiens alium medicum accersit; is multa ex vulgato more facta ad aliquot menses ægrotanti ingerit, vt pote iuscula alterata, morcellosastringentes, litus, embrochas, clysteres, & similia: at nec his morbo mitiori imò eodem in dies efferatiori reddito, noua superueniunt symptomata, corpus mirum in modum extenuatur, lenta febre conficitur:

ar-

artuum extremitates adeò laxantur, ut manus & pedes mortui omninò censerentur, reliquum corpus macrū, & luridū, coloreque terreo perfusū, non hominis, sed cadaueris effigiem præ se ferebat. hoc in statu Venetijs Bononiam reuersus in nostras manus curandum sese obtulit: morbi causis à nobis exploratis, atque indicationibus hinc inde collatis, iecoris & lienis obstructions referare statuimus, crassos, viscidos, & concretos humores incidendo, attenuando, & purgando, quod primis diebus præstitimus per pilulas nostras polychrestas, ad scrup. j. s. pro dosi, sequentibus diebus sumebat mane electuarium seq.

Rec. mithridatij optimi vnc. s. cons. rosarum vnc. i. s. croci martis drac. iij. macis drac. i. misce.

Huius electuarij dabantur drac. ij. pro dosi mane. In vesperis dabamus specificum stomachicum, quibus gratis

gratissimis grauissimum, & incurabilem morbum facillimè superauimus.

CURATIO LXXXI.

De hydrope ascite, in sene, inueterata, & ab omnibus medicis deplorata.

M Agistri Gerardi Schaion Ianionis vxor in via vulgo di Galiera commorantis, prope Moniales D. Magdalenæ, à quatuor mensibus post diuturnas febres, & alui profluuium in hydropem ascitem incurrerat, annum suæ ætatis tunc agens quinquagesimum secundum: hunc affectum concomitabantur, febris lenta de genere putridarum, cum exacerbationibus quotidianis frigoris, & caloris more tertianarum, sitis ingens, vrinæ rubræ, crassæ, & ferè suppressæ, vigilie immodicæ, apepsia, crebri animi læguores, & exolutiones, cum insigni marcore totius corporis. Ad dira hæc mala propulsanda mul-

multa à duobus medicis satis notis
 per quatuor menses accepit. At hi,
 malum initio blandum, sensim reme-
 dijs exasperarunt, idque ad summum
 pernicipi gradum perduxerunt. Vn-
 de ventris tumor in ingētem molem
 inualefcens, reliquo corpore macie, &
 tabe confecto, omnem salutis spem
 ademerat, hinc medicorum nullus e-
 ius saluti prospicere audebat. Ego ta-
 men Dei misericordia freti, quid no-
 stra in his deploratis valerent, expe-
 riri minimè recuso, licet inuitus, an-
 cept valde num optatum finem con-
 sequeretur. Quod si fortè aliquando
 contrarium contingat, tum ob sub-
 stantiæ viscerum corruptionem, tum
 ob ægri aut assistentium errores, mi-
 rum videre est, quot conuitia in nos
 euomant inuidi. horum tamen nebu-
 lonū vocem minimè extimesco. Cu-
 rationem auspiciatū per nostrum
 specificum stomachicum, vt publica
 via rite restaurata, remediorum co-

piæ bene instructæ sanitatis iter faciliùs peragerent: ventriculo quippe paulò firmiori reddito, crocum metallorum bis in die dabamus: pro quo, vt supra monuimus, Rulandinum à Quercetano hauſtum minime intelligimus. Per interualla pilulas polychrestas dabamus ad drac. j. vt tantam aquarum copiam partim per aluum foras propulſarem, quibus ad vota ſuccedentibus mulier ab omnibus conclamata, his paucis & gratiſſimis ſanitati reſtituitur. Viſtus interim fuit in principio humidus, contra morbi naturam & medicorum leges, nam tunc ſicca deglutire non valebat, paulò poſt magis ſiccus, quem ad finem ſeruauit: ſitis primis diebus euauit, aqua abdominis per os ſenſim extillante & fauces irrorante, vrinæ etiam copioſiores euafferunt, & tandem abdomen, crura & tibiæ detumuerunt, & intra ſeſquimenſem perfectè conualuit.

CVRATIO LXXXII.

De iliaca passione, miserere mei, dicta.

IN via quæ vulgo dicitur Inanzi Gardino commorans D. Gio. Battista Borso, ex officio de his, qui vernacula lingua filatoieri dicuntur, annos 40. natus, in iliacam passionē inciderat, à colico dolore initia ducentem: ei opitulando varia & egregia medicamenta alter medicus præscripserat: at his nihilum proficientibus, imò dolore magis sæuiente, seniores & magis venerabilem medicum consuluit, qui aquam Terutianam exhibens malum duplo deterius reddidit, ex simplici dolore coli, iliacum efficiens. Nec sine causa, nam iecore antea imbecillo facto, larga humidi actualis potatione, iterum imbecillius redditur, hinc cruditates ingeminantur, & pituitæ nouus fit prouentus. propinqua huiusce

I 4

dolo-

doloris causa erat lentus & crassus humor colicellulas variè contorquēs. Remota intrinseca naturalis iecoris, ventriculi & intestinorum debilitas. Procatarctica, calida aeris constitutio propter quam crudorum & trigidorum immoderatus vsus: quibus manifestè apparebat indicationes curatiuas esse, viscidum lentum & incoctum excrementum attenuare, incidere & coquere: viscera, iecur & alia roborare: ea vero præstari non posse per aquam Tetutianam lippis & tonsoribus notum erat: ea enim quæ actu humida sunt, viscerum constitutionem multifariam lædunt, inprimis distendendo, refrigerando, humectando, transpirationem cohibendo, & ciborum coctionem auertendo: quæ omnia sponte hos affectus parere consueuerunt: nec me latet verbosos ad verba se conferentes nobis obijcere, eiusmodi aquam esse salisam, calidam & siccam, atque his qualita-

lita-

litatibus tanto affectui convenientem. At inexpertes, suam magis imperitiam produnt: rerum actiones, non solæ qualitates explorandæ veniunt, non, ut qualia, & ut tali qualitate prædita, sed, ut, sunt talia, sic conformata & constituta. præcipuum quod agit, forma est; qualitas est quo melius, vel deterius. Rursus non solum agentis, sed & patientis ratio habenda est, loci præterea, temporis, & aliorum passim à Galeno, cæterisque authoribus enumeratorum, hæc omnia confirmat præsens exemplum, Etenim data tetutiana aqua, morbus ingeminatur, flatibus inter crassa & tenuia intestina oppressis, ileum comprehenditur, idque motu conuerso & peristaltico violenter contrahitur, unde acerbissimi dolores, alui suppressio & vomitus: postquam vero æger eo in statu perstitisset ad 5. dies, atque eo tempore multa inani-ter expertus fuisset, ex senis medici

I 3 consilio

consilio, ad eum perducor, tunc hominem languidum, semimortuum, doloris immanitate confectum, cibaria quæque vomentem inuenio. Cum primum ventriculo prospicientes aquam cinamomi dedimus, dein fottum excalescentem & roborantem, dein vnctiones excalescentes, & roborantes, paulò post pilulam laudinam, qua dolore mitiori facto, oleum supra & infra infundendum iussimus, per os oleum amigd. dul. infra ol. commune: curam postremo absoluimus granis aliquot auri diaphoretici nostri, sicque breui, & citò conualuit, viuitque ab hac cura incolumis sexennio iam exacto.

CVRATIO LXXXIII.

De atrocissimo, contumacissimo & deploratissimo morbi genere.

Medici sæpe obrerum metallicarum imperitiam, ægros

in maxima vitæ discrimina præcipi-
 tant. Quod infeliciter comprobavit
 Illustris. Comes Hannibal Ibertus
 Mantuanus, qui fluxione in genua &
 pedes correptus, post multa medi-
 camentorum genera, nescio quo cõ-
 silio hydrargyri vnctione vsus est ad
 15. dies, à qua, fluxione irritata, no-
 uis etiam morbis superadditis, pro
 sanitate miserrimam vitam traxit.
 Medicus, qui vnctionem suaserat,
 non hydrargyri virulentiam incusat
 sed morbi peruicaciam, hac de re, no-
 uis purgationibus præmissis, dieta et-
 iam cum ligno Indico, salsa & alijs, ad
 mensem seruata; ad nouam vnctionẽ,
 patientem induxit: reiteratur quippe
 vnctio ad alios 15. dies, nec felicius,
 etenim fluxio magis efferata reddi-
 tur, & ægri sanitas ad extremum de-
 ducitur: viribus in eo paulò recreatis
 noui medici consilio vtitur, qui ad
 fluxionem solùm respiciens, loca affe-
 cta ferro & igne tractanda suscipit: at

I 6 nec

nec is, cæteris felicior, mercurialis
perniciem intus pellit, nouas cruces
patienti imponit, & morbum incur-
abilem prædicat. tunc Mantua Bono-
niam se asportari curauit: atq; tum in
nostris manibus tutò & iucundè sani-
tatem consequutus est. ad hydrargy-
ri perniciem excidendam primū sco-
pum direximus: nam ea relicta, fru-
stra erat fluxioni mederi velle, & quia
solida peruadere solet eiusmodi pra-
ua qualitas, mirum non fuit, si trium
aut quatuor mensium, in id insumpse-
rit spatiū: principio dedimus liquorē
sulphuris dulcacidum, cum aqua stil-
latitia: paulò pòst hydrargyri malig-
nitate consopita, aurum nostrum di-
aphoreticum ad nonnullos dies ipsi
præstitimus, quibus duobus gratis-
simis, & fluxionem firmauimus,
& Mercurij prauitatem
sustulimus.

CVRATIO LXXXIV.

*De arthritide cum lue venerea, febre
& alijs.*

Quidam vir de infima gente har-
piculus, cuius nomen scriptis
nostris interserere, indignū ar-
bitramur, annos tunc natus 40. circi-
ter, in abominabiles articulorum cru-
ciatus a lue venerea concitatos incur-
rerat. Diro huic malo vt occurrerent
alij duo medici, multa impunè per
sesquimensem tentarunt remedia, ca-
thartica varia, solida & liquida; alte-
rantia, cephalica, iecoraria, & articu-
los respicientia: sanguinem è brachijs
detrahentes & nucam caustico inurē-
tes. Dietam item imperant attenuan-
tem & exsiccantem, quibus sanitatis
loco, morbus efferatior redditur, &
ad extremum perducitur. Deplorato
eiusmodi affectui vt subuenirē, grana
aliquot auri nostri diaphoretici cum

portiuncula stomachici specifici ad
paucos dies ipsi dedimus, cum con-
ferua rosarum, quibus dolores & fe-
bres breuissimè propulsatæ fuerunt:
ac tandem victus regimine mutato,
sensim pristinæ sanitati restitutus fuit.

CURATIO LXXXV.

De sciatica in aetate.

ADmodum R. P. Thomas Do-
minicanus Bononiensis, Fratrem
suum annorum 45. ex ischia-
dico dolore claudum & impotentem
iam dudum factum ad nos curandum
duxit: deprehensis articuli tendini-
bus & ligamentis præ copia humoris
laxatis, vt & membranis, cum cæte-
ris particulis iuncturam constituen-
tibus, ad validè exsiccantia, & robo-
rantia nos contulimus, interea deco-
ctum sequens præscribentes.

Rea. rad. filicis maris.

salsæ parilla,

vnc. i.

vnc. ij.

folo.

fol. bethonica, iuxta arthetica,

arthemisia,

an. m. i.

hermodactyl.

sene,

anisi,

liquiritia rasa,

an. vnc. i.

drac. i.

vnc. s.

Parabatur decoctum in lib. viij. aqua
communis, ad medietat. de colatu-
ra dabantur vnc. vj. pro singula dosi,
ad 15. dies.

Extra, Emplastrum ex pice & sul-
phure admouendum iussimus, cuius
hæc est descriptio.

*Rec. picis naualis vnc. iiij. therebint.
communis vnc. s. mastiches drac. ij.
sulphuris subtilissime triti vnc. s. mis-
ce.*

His duobus remedijs satis vulgari-
bus, & omnibus peruijs, ex de-
plorato morbo feliciter
conualuit.

 CVRATIO LXXXVI.

De paralyfi, marcore insigni, diuturnis vomitibus, capitis grauedine, inappetentia, vigilijs & alijs à duobus annis inueteratis.

ADmodum R. P. F. Archangelus Guidi Mutinensis annos 30. natus, Mutinæ in Cœnobio Reuerend. PP. Diui Dominici lethaliter decumbens, in sui auxilium nos aduocari iussit. Bononia eò profectus Reuerendum Patientem marcore confectum, & veluti truncū ligneum frigidum & immobilem reperio, diuturnis vomitibus excruciatū, inappetentia, vigilijs & alijs confectum. Tot morborum magnitudine & tot symptomatum multitudine deterritus, vix ægrum è tam procelloso oceano tutum eripere posse arbitrabar: attamen Diuino numine fretus sanitatem ipsi polliceor, si Bononiam

at-

affines eum ad me aduehi curent : ne autem conditio impossibilis appareat, asseuero ipsum breui mobilem euasurum, si duo allata remedia bis in die assumat, aurum videlicet diaphoreticum, & specificum stomachicum ; quibus ter aut quater assumptis, mobilis & portatilis redditur. Bononiæ receptus intra sesquimenssem pristinam sanitatem recuperavit : in prædictis remedijs perstitit, ad menssem, pilulis polychrestis & catholicis aliquando exhibitis : sæpe etiam dabamus ol. balsamicum vitrioli, quibus paucis & gratissimis optimè conualuit, valet nunc & in præsens, septennio à cura exacto.

CVRATIO LXXXVII.

De raro, acerbissimo, & funestissimo capitis dolore à multis annis inueterato.

Per illustris D. Bartholomæus Bologninus annos triginta tres natus

natus à quatuor annis vago & atrocif-
fimo dolore diuexari cœpit, cum
grauissimis symptomatibus, animi
mœrore, inappetentia, vigilijs, siti in-
explebili, & alijs, non tam morbi na-
tura, quam remediorum perperam
exhibitorum multiplicitate: præces-
serat eiusmodi dolorem, affectio
quædam hypochondriaca, ob quam
varia & multiplicia à plerisque medi-
cis exercuerat remedia. In hac passio-
ne hypochondriaca diuersa erant
symptomata, mœror animi & timor
haud exiguus, flatus multi per os, in-
appetentia, alui astrictio, vertigo fre-
quens & alia melancholix communia.
triennio fere in remedijs perseuerans
nihil opis retulit, ad me tandem ad-
ductus decocto melanagogo ad 20.
dies probe purgatus, à quo non parum
leuaminis percepit: at morbi radices
altè in natura defixæ paucis post mē-
sibus repullulant, cui, vt subueniret
ipse, alios medicos consulit; at fru-
stra,

stra, & morbo tunc maximè sæuiente, se iterum in manus nostras curandū recepit: reiterato, vt prius decocto, iterum confanescit, licet adhuc morbi vis me lateret: propterea quatuor tantum menses sanus, & incolumis viuit: redijt hostis quam antea longè truculentior, cuius causa nouos consulit medicos, at incassum, nouus fit symptomatum concursus, in coccige dolor fit immanissimus, contrahuntur brachia, & caput acerrimo dolore assiduè vexatur. Interim agyrta in consilium pariter aduocat, à quibus ne minimum opis reportans, nouos adijt medicos: at infauitè nimis. Atque tunc pro tertia vice in eius auxilium aduocor. Singulis excussis, in iam præscripto & bis experto medicamine tandiu standum esse iudico, quoad morbi radices excisæ fuerint: ventriculo vero nauseabundo, vi præteritorum medicamentorum fracto,

cto, suppetias ferre primum existi-
mans. Itaq; specificum nostrū stoma-
chicum ad aliquot dies ipsi dedimus:
ad capitis dolorem leniēdum, pilulas
polychrestas ter exhibentes: tandem
vētriculo roborato, decocto præscrip-
to ad longum tempus vsus est, sicque
perfectæ sanitati restitutus est.

CVRATIO LXXXVIII.

*De raro, inueterato & deplorato affe-
ctu virgineo.*

Rari & portentosi planè sunt
nonnulli morbi, qui virginibus
nonnunquam accidunt, vt in
præsenti casu facilè videre est. Itaque
Nobilis quædam virgo de Illustrissi-
ma Familia Cospiorum, in Monaste-
rio Sancti Vitalis annos 20. nata à tri-
bus annis innumerabiles contraxit
affectus, nunc febres, nunc syncopes,
nunc capitis dolores, modo vigilias,
cardialgias & continuo molestissi-
mum

num ventriculi dolorem, vnde in
insignem marcorem inciderat, & sic
sceletos pelle indutus cerneretur. ad
tot mala debellanda, qui triennio e-
ius curam susceperant nihil ex vul-
gata medendi methodo intactum re-
linquunt: at infeliciter & amethodi-
cè omnia agunt, corpus delicatulum
purgationibus, phlebotomijs, deco-
ctis, iusculis alteratis, cucurbitulis,
cauterijs, frictionibus, stillicidijs & si-
milibus tormentis variè exagitant, &
in cassum vento prohibète ad sanitatē
contendunt: vnde ab his incurabilis
habetur. ea sic deplorata, & sine re-
medijs relicta, ad me tanquam ad ex-
tremum remedium parentes confu-
giunt: morborum & symptomatum
ideis, causis, & indicationibus probè
exploratis, obstructions, præcipuas
causas, referendas apprimè duximus,
quod blande præstitit specificum no-
strum stomachicum: verum enim ue-
ro quia morborum tyrannide iam-
dudum

dudum fracta, & eiusmodi obstructi-
 ctiones pertinacissimæ, factum est,
 vt hucusque in totum sublatae non
 fuerint, dicti tamen remedij vsu, at-
 que auri nostri diaphoretici ope, eam
 fœlicissimè valere arbitramur.

CVRATIO LXXXIX.

De marcore insigni, lenta febre, &c.

IOannes Baptista Vicinelli Peril-
 lustris Domini Hieronymi de Bo-
 bus factor annos 35. natus, post
 diuturnas febres in insignem maras-
 mum inciderat: alterius medici ope-
 ra per multum temporis frustra vsus
 erat: nos in principio specificum sto-
 machicum dedimus, cum conserua
 rosarum, postea sequens decoctum
 ad viginti dies bibit.

*Rec. ligni sassafras, drac. vi.
 china electæ in taleolas dissectæ,
 ꝑnc. s.*

sol.

ANDEGAVENSIS.

eis

fol. boraginis,

melissa,

pimpinella,

capill. ven.

fl. violarum,

ruarum pass.

anisi,

liquirit.

} an. m. i.

} an. p. i.

vnc. s.

Parabatur decoctum in s. quantitate iusculi Caponis : dabatur bis in die quatuor horis ante & post cibum, & his facillimis & gratissimis pristinam sanitatem consequutus est, nulla purgatione facta. quod dictum sit propter eos, qui in exoneranda alio totam suam artem reponunt.

CVRATIO XC.

De atthritidis quadam specie rara.

Per illustris Domina D. Iuniperæ Domini Herculis Fabæ vxor, diu grauissimis articulorum doloribus conflictata, duorum medicorum

corum consilio , ad quatuor menses
 frustra vtitur: purgatur, repurgatur,
 iuscula alterata ad longum tempus
 bibit; nunc tandem calidis & siccis,
 nunc frigidis & humidis eius sanitas
 concreditur: ad mensem cichorij suc-
 cum cum fero lactis assumit; his irri-
 tis & malo vegetiori facto , ad no-
 stras manus curanda se recepit ; nos
 per methodum curandi tartareos
 morbos incedentes, eam citissimè &
 tutissimè sanitati restituimus. Itaque
 ad tartarum vniuersaliter è corpore
 deturbandum duo catholica reme-
 dia vsurpare solemus , catholicas &
 polychrestas pilulas . qui hæc igno-
 rant vituperare solent: proximi sani-
 tati studentes, & conscientia inuigi-
 lantes, lycophantarum linguas sper-
 nimus. Interea obseruare licet muli-
 eres raro arthride laborare, quòd
 iam dudum literis pro-
 didit Hippocra-
 tes.

CVRATIO XCI.

De oris tortura, linguæ paralyfi, continuis vomitibus, & alijs grauiſſimis morbis, & ſymptomat.

Per illuſtris D. Hieronymus Marſilius annos 25. natus, poſt continuam febrem, in grauiſſimos affectus incurrerat: in paralyſim, in qua oris, & oculorum contorſio, cū auditu graui, & continuo capitis dolore: hæc omnia cōcomitabantur crebri vomitus, vigiliæ, ſtomachi morſus, inappetentia, alui ficcitas & inſignis virium proſtratio; ad tot mala debellanda duorum medicorum opera fruſtra uſus eſt, ſub cura vero noſtra ſanitatē priſtinam ſic feliciter conſequutus eſt.

Primis diebus, ob proſtratas vires, morbis capitis neglectis, ventriculo, tanquam publicæ viæ inſtaurandæ, proſpeximus, bis in die porrigentes ſpecificum noſtrum ſtomachicum &

K

aurum

aurum diaphoreticum : quibus sensim subleuatus aptior redditur , ad morbos capitis funditus excidendos, quod pil. polychrestæ, & catholicæ partim præstiterunt: reliquias eiecit balsamum vitrioli.

CVRATIO XCII.

De pertinacissima & contumacissima capitis defluxione, deplorata & incurabili habita.

Domina Prudentia D. Hieronymi de Ferro mercatoris ferricei vxor , falsam & acrem fluxionē à sesquianno patiebatur: toto illo tempore alterius medici opere vsa erat: At quia ne quicquam leuaminis ab eo reportarat, ad nos deplorata venit, morbi origine cognita, extractum antiuen. ad 15. dies ipsi dedimus, decoctum postea melanagogum , quibus pristinam recuperauit sanitatem. Extract. antiuenericum habet.

habetur in nostra Pharmacopœa spagirica, vti & decoct. melanagog.

CVRATIO XCIII.

De paralyfi, & gangrenâ, cum marcore, & alijs,

Flexiles & natura debiles, magnos & curatu difficiles morbos experiuntur sæpius, quod verissimum cõprobauit Dominus Vincenzus de Albonis annos 25. natus, in via, quæ vulgò dicitur della Mascarella commorâs: ipse dum ruri diuersaretur, itinere fractus sub quercus vmbra quiescens maximam capitis grauedinem cõtraxit. Paucis pòst diebus domum in Ciuitatē reuersus ambulandi impotentiam sentit, cuius causa ad eum aduocatus, causam tanti affectus ab eo scicitor, nec vlla, quam ea supradicta deprehensa, ad eiusmodi insolatum causam referre potui. Etenim rara & debilia corpora

facillimè permeat aer, fufis vero humoribus & per spinalem medullam collapsis, mirum non fuit, fi obstructi fuerint nerui, vique motrice inferiores partes orbatæ, atque paralyfi correptæ, cui necrosis paulò post aduenit, cū febre & alijs grauissimis symptomatibus. Etenim maximum dolorem patiebatur paulò supra os sacrū, cui postea obuenerunt vrinæ fætidæ cum magna puris quantitate. ad dirahæc monstra debellāda plura dirigere oportuit, corpore eius blādè purgato, sequenti decocto, therebentinam ad mensē ipsi cōcessimus. fuit decoct. sic.

Rec. ligni sassafra, visci quercini an. vnc. s. fol iuæ arthetica, bethonica, cetrach, pimpinella, cichorij an. m. i. cuscuta, epithim sem. carthami, an. drac. vi. senæ vnc. i. anisi drac. ij. liquirit. vnc. s. parabatur decoct. in s. q. aq. communis, cuius colatura dabantur vnc. v. pro dosi bis in die, ad 12. dies.

Therebentina dosis fuit drac. ij. lota cum aqua

*aquabethonica, per interualla addebatur
drac i. rhabarbari subtiliter triti.*

Extrinsecus semicupiū sic parabatur.

*Rec. baccarum iuniperi li. ij. bacc. lauri li. i.
fol. rorismarini, saluiæ, menthæ, maioranæ,
absinthii, calamenthi, origani, rutheriæ,
chamamomill. melilot. an. m. iiii.
flor. stæcados, rosarum, anthos an. p. iiii. co-
quebantur in vino & aqua pro semi-
cupio, quo peracto inungebantur par-
tes affectæ sequenti litu.*

*Rec. adipis taxi, adip. vulpis an. vnc vi. ol.
lumbricor. ol. laurini an. lib. i. ol. petro-
lei. vnc. i. aquæ vitæ vnc. iiij.*

Misce pro linimento.

Ad necrosim acetum minerale admo-
uebatur digestiuo ex vitellis ouorū
superposito. vlcera profunda à necro-
si relicta more aliorum vlcerum so-
lidata fuerunt, & quia ægrè & lento
gradu incederet curatio, aurum dia-
phoreticum cum conferuis sæpe ipsi
dabamus, & sic firmam sanitatem cō-
sequutus est, atque nunc viuit satis
bona valetudine præditus.

 CURATIO XCIV.

*De acerrimo, & vehementissimo dolore
capitis.*

D. Iacobus de Pesis tinctor annos 35. natus prope sacellum Crucifixi commorans, à mēse vehementissimum dolorem patiebatur, cui vt mederetur per id temporis spaciū, alterius medici opera frustra vsus est. In vesperis aduocatus pilulā laudinam ipsi dedimus: sequenti die pilul. granorum xiiij. catholicarum, at postridie altera pilul. reiterata citò, & tutò conualuit Interim annotare placet alterius medici curam, ille primò patientem purgavit potione, cum agarico infuso, & lena, cum dissoluto sirupo rosat. sol. detraxit sanguinem è brachijs, admouit cucurbitulas, sanguisugas non omisit; cauterium nucha, & brachio excitauit; pilulis non pepercit, & his inuitis dolor

lor truculentior efficitur. non quanta, sed qualia purgare medicum considerare oportet.

CVRATIO XCV.

De Apoplexia, Paralyfi, imminuta memoria.

DOminus Iosephus Guidetus annos 52. natus, apoplexia iam pridem correptus, & ea in Paralyfim versa, vnde linguæ laxatis musculis fandi impotentia insignis, interioribus cerebri ventriculis frigido, pituitoso humore repletis, imaginatiua, & discursiua facultatibus insigniter læsis his tractu temporis melius habitis, memoria valde imminuta conspicitur, eodē humore in posticam partem forte excusso. apoplexia breui tempore eiecta, vt quæ sponte in Paralyfim declinare solet vt plurimum. duorum medicorum consilio multo tempore vtitur: & ab his nihil

aliud beneficij, quam quod tempus
 afferre confuevit: quamuis purgent,
 & repurgent, phlebotomias celebrēt,
 brachia, & nucham inurent, & similia
 patrent, ad ligni Indici decoctum tā-
 quam ad sacram anchoram confugi-
 entes, id ad mensē ipsi præstiterunt,
 exquisita diēta seruata. sub cura ve-
 ro nostra ad mali originem respicien-
 tes, sic ipsi sanitatem quali hodie po-
 titur restituimus.

 CVRATIO XCVI.

*De duplici quartana cum principia
 hydropis.*

Illustrissimus Comes D. Nicolaus
 Tassonus Ferraricnsis duplici
 quartana iam dudum excruciatuS,
 leucophlegmatiam contraxerat, cum
 insigni lienis tumore, & alijs. Bono-
 niæ sub cura nostra sic breui sanita-
 tem consequutus est: ad quartanam
 propulsandam, pilulas catholicas de-
 dimus ad g. xv. qua multum bilis &
 pitui-

Etenim ipsis, arthritidis est articulo-
rum dolor per interualla eiusmodi
partes inuadens, ab humorum fluxi-
one suscitatus; per interualla, ad dif-
ferentiam aliorum dolorum, qui se-
mel, & continuò articulos affligunt: à
defluxione, vt qui aliunde exoriuntur
dolores, arthritici non censeantur, li-
cet eam partem obsideant: doloris
modum, per solutam vnitatem ex-
ponunt: mitto alia quibus immodicè
defatigantur ipsi. Hermetici, ad cura-
tionem animum intendentes, pro ef-
fectu, quem dogmatici definiunt pro
morbo, causam efficiētem accipiunt,
atque sic Arthritidem dicunt esse
morbum tartareum in quo synouia
acris & mordax redditur, propter ex-
altationem satis mineralis. Syno-
uia est gluten in articulis, & est veluti
lac quoddam dulce, cui si accedat
sal acidus, stipticus aut contagiosus,
exoritur dolor ob contrarietatem:
contrarietas non ex frigore & calo-
re,

re, sed forma tota principioque intrinseco, quod fusiùs postea demonstrare oportet. synouiam rursus duplicem faciunt, materialem & formalem, propriam & impropriam. materialis vbiq̃ reperitur, in sanguine rubra, in cerebro alba, in corde, renibus, his membris similis, in liene nigra, in felle citrina, & in utero punica, hic densa, alibi compacta. formalis vis est vniuscuiusque membri retentiua, attractiua, digestiua, expulsiua, &c. modus ipsius arthritidis, quo videlicet pacto, dolorem suscitet, iam constat esse salis exaltationem, à qua principiorum & causarum contrarietas: verùm antequam vterius progrediar in hermeticorum placita, liceat nobis priùs dogmaticorum sententiam examinare, vide supra curationes de arthritide interim.

CVRATIO C.*De dolore.*

Dicunt dolorem fieri per solutionem unitatis, & hanc excitari tensione, compressione & diuulsione, per humorum defluxionem cōcitatis: quis nō tantæ doctrinæ subtilitatem demiretur, eamq; liberè suscipiat & ad sydera extollat? lex omniū consensu fit, vetustate tēporis firmatur, & antiquorum autoritate roboratur & inconcussa redditur. At veritas temporis minimè filia, mortaliū legis inscia, nullius antiquorum iudicio subdita, omnia æquali seueritate ponderat & examinat. Itaque ad institutum redeuntēs, vix crederem solutionem esse doloris causam, ea quandoquidem sæpe in nobis exsuscitetur sine dolore, etiam in articulis ipsis, gipsea illa materia post dolorem articulare relicta, continuò

nuò efficit solutionem continui, nec propterea dolorem. Tumores alij fiunt in iuncturis citra dolorem, œdematosi, scyrrhosi &c. causæ naturales nunquam otiantur, posita causa, ponitur effectus, sunt reciproca, relatorum eadem lex est. & plura de ipsa solutione adducerem ni ipsa fusiori sermone euentilanda susceperim in nostris quæstionibus: de vnitate ridiculū plane, & ab omni ratione alienū iudicare quis posset. Etenim vnitas doloris expers est, est abstractum quid, quo vnum est, quod si non hoc pressiori significatu & pro continuitate: quid inde continuum quantum est: quantum dolere per absurdum nimis: partem, quantum dices, non ergo vnitas dolet aut per eam dolor fit, sed ipsa pars, tu iterum, neque pars, sed ipsa soluta, ego iterum, non pars per se, neque solutio per se, ergo tertium ex his resultans, id vero, est ne ens per se, an per accidens?

caue

caue ne in absurdiora impingas: si per se substantia, substantia sic erit ex non substantia: verum enim uero malo hic te deserere quam ulterius te per hæc inuia concomitari: fat existimo si tibi connotauero immanem, & atrocem eiusmodi dolorem in articulis excitari citrà ullam solutionem; (interea imaginariam solutionem non mihi obijcias,) solutione vero apparenti dolorem remitti & euanescere. In dolore duo animaduertenda censeo, quid dolet, & à quo doleat: neque partem informem dolere, neque formam sine parte, hoc est non forma sine materia, neque materia sine forma dolet, non ambarum vnitas seu vnio, quod suprâ tetigimus; esse in corpore tertium quid, ab his discretum doloris capax, litem immortalem cum Peripateticis esset ordiri, sit quid sit, neque anima totius forma, doloris capax est, minus materia; totum verò compositum; vel id

irex-

inexplicatum manet, vel tertium quid, actionis & passionis capax intelligendum venit dum verbis alij irretiuntur, ad opus nos accingimus, & eius Curam multiplici experientia confirmatam in medium proponimus: solvimus paroxyfmi, dolorifve impetum, intrinfecis & extrinfecis. Intrinfecis nunc anodynis, confortatiuis, nunc roborantibus & diaphoreticis: nunc verò validis cathartics, & vomitorijs. Anodina funt laudana, opiata & fimilia, confortantia, roborantia & diaphoretica, aurum diaphoreticum, metallorum sulphur, faccharum magnesiæ saturninæ, eius tinctura & fimilia. purgantia funt decocta melanagoga, chologoga, de quibus in prima parte pharmacopœæ nostræ spagyricæ. Extracta, Efulæ, Ellebori nigri, hermodactil. pil. catholicæ, & præcipuè ipsæ catholicæ, quæ in tartareos morbos summum obtinent imperium,

Ex-

Extrinfeca sunt anodyna quæque aquea, lac, iuscula ranarum, earum sperma, & aqua: sæpe utimur, nec infeliciter, fotubus calidis ex bac-
 cis iuniperi, lauri, herbis calidis, ro-
 rismarino, salvia, mentha, maiorana,
 arthemisia, calamentho, pulegio &
 similibus. Succos herbarum etiam
 haud infrequenter vsurpamus, &
 præsertim Ebuli foliorum, baccarum
 eiusdem ebuli, plantaginis, solatri,
 fedi maioris, tapfi barbati, anagalli-
 dis, & aliorum simplicium vsu & ex-
 perientia probatorum. In testimo-
 nium huiusce methodi plures addu-
 cere possem testes irrefragabiles,
 nobiles & ignobiles, at grauissi-
 mis curis obrutus, receptui
 canere omnino
 compel-
 lor.


F I N I S.

Ug 572 ✓

von H.C.







Farbkarte #13

B.I.G.



TRIPOTERII
DEGAVENSIS,
MILIARII, ET MEDI-
REGIS CHRISTIA-
NISSIMI,

SIGNIUM
ATIONVM, ET SIN-
gularium Observationum

NTVRIA SECYNDIA.



COLONIAE,
bat MATTHAEVS Smits/
NO M. DC. XXIII.

